Antonij Trumbete Urbinatis episcopi:

Necnon theologi ac metaphysici acutissimi questio profunda de efficientia primi principij ad mē-tem Aristotelis. Adiecta subtili que-stione. Nunquid adultus non ba-ptizatus saluari possit scd'm Scoti doctrinam optime dis-cussa.



¶ Sanctissimo. D. N. Leoni. x. pont. maximo ac gloriosissimo Antonius cognomento Trūbeta ep̄us Urbinas premissis osculis pedū beatoꝝ se ꝓnus supplexq; cōmēdat.



Um ex sentētia saluatoris in euāgelio salus ⁊ felicitas anime nostre ⁊ intellectus sit cognoscere deū perfecte quantuz fieri potest in corpore humano: dicente ipso eodē ad patrē celestē. Hec est vita eterna: vt cognoscā te soluz deū: ⁊ quē misisti iesum xp̄m: approbāte hanc sentētiā philosopho Aristo. prio ⁊. x. ethic. dicēte: virtutes aie ⁊ potentias eiusdez tunc esse perfectas in nobis: cū sunt in operationibus suis actualibus: presertiz in ea operatiōe: que est circa nobilissimū suū obiectuz: in qua est vltima delectatio ⁊ quietatio earūdē. Ego mancipiū. S. V. accersitus ad conciliū Lateranē. cuius grā. xviij. mensez hic Rome peregi: multis interuallis occurrētibus eiusdē concilij sessionū: in hac intercapedine tēporis: ne tēpus ociose cōtererez: aut per negligentiā effluerer: visus suz. S. V. lucubratiūculā quādaz litterariā cōficere debere: ⁊ sacro nomini suo dedicare: que sacris litteris: ⁊ oium bonaꝝ artiuz disciplinis mirū in moduz delectari cōsueuit: cū omni doctrina singulari ⁊ exquisita: tū naturali: tū sacra ⁊ catholica sapientiali: plenissime ipsa eadē beatitudo. V. polleat ⁊ oibus prestet adeo: vt eam vniuersi quasi numē aliquod celo delapsuz ad christiane religionis exaltationē venerētur: admirētur: ac deniq; suspiciant. Quo fit vt ad tantā diuinitatez ingenij ⁊ doctrine nō possim nō aio terreri quicq; inscribere: que nō tantuz doctrina: sed potentia imperij: maiestate nominis: dignitate ordinis: auctoritate sedis supra omnes mortales sceptrū gloriosissime tenet. Hanc igitur lucubratiūculaz dicaui beatitudini. V. nō qꝛ ipsa digna sit inspectione seu lectione ipsius: que nō nisi maxime exculta: ⁊ sūmo ingenio elaborata legere: aut cōtemplari cōsueuit: sed vt meū in beatitudinem. V. studiuz ⁊ affectū patefaciam: cui iā duduz me adictū clientulū: ⁊ mācipiū obsequētissimuz dedicaui. Et preterea ne talentū mihi a deo datū sub terra absconsum teneaz: sed duplicatuz cū negociatione sine vsura ⁊ fraude reddere: seu retribuere curē. Hec siquidē inscriptio lucubratiūcule est. De efficiētia primi principij: qd̄ est deus: ⁊ infinitate perfectionali ipsius: quā pro viribus sustineo argumētis ⁊ auctoritatib⁹ Aristo. ostendens inesse diuine nature: vt lr̄e extere philosophoꝝ sacris scripturis cōsentiāt: nec oino dissentire videātur. Et rursum: qꝛ. S. V. labefactatā academiam romanā: ⁊ pene collapsaz instaurat: ⁊ excellentissimis doctoribus accersitis ad legendi munus exornat: ⁊ Florētissimaz reddit: vt habeant de quo cōtendant: ad ꝑfectum scholasticoꝝ: ⁊ iuuenuz instruēdoꝝ: quālibenter questiūculaz hāc exaraui. Cui adiecta est materia de adulto nō baptizato an possit saluari: ac iustificari: cuius materie sententiā sequens doc. subtilem Sco. in partem affirmatiuā qōnis consentio ⁊ approbo: quā cum alijs cōclusionibus in his tractatibus habitis ⁊ disputatis sanctissimo iudicio vestro ac sentētie: vt par est: submitto: ⁊ emēdanda omnia ac castiganda: sicut fidei veritas exigit: oino decerno: ⁊ constituo. Que doctrina si a. S. V. ꝓbabitur: reliqui oēs eam ꝓbandā dijudicabunt. Si autē reprobabitur me saltē studiosum veritatis inquisitorez cognoscere ⁊ attestari debebūt: qui ad veritatē dilucidādaz ingeniū: studiūq; cōuerti. Valeat. S. V.

¶ Questio compilata Rome ad robur fidei catholice per Antoniū trūbetam gratia sedis apostolice episcopum Urbinatem incipit: ꝛ exagitat quid senserit Arist. ꝛ Cōmētator de efficientia primi principij: qd est deus ꝛ eius infinitate intensiua.

Uerū vtrū primuz ens sit infinitum intensiue de mēte Aristotelis. Et arguitur ꝙ non. Quia si sic: moueret in nō tempore cōsequens est falsum: ꝛ implicat contradictionez igitur ꝛ antecedens cōsequētia pz. ex 8° physicoꝝ. ꝛ etiā rōne ꝓbatur. Nam tale agens primū naturaliter ageret motuz: ꝛ necessario necessitate nature ſm Aristo. moueret ipsuz mobile. igitur moueret ipsuz ſm vltimū virtutis sue. Et si sic igitur velocitas sui motus excederet quācūqz aliā velocitatē motus vltra oēm proportionē determinataz assignabilē. sed quelibz talis velocitas: que sic excedit est infinita: ꝛ in instanti. ergo ꝛc. ¶ Ad oppositū tamē arguitur. Cōmētator 8° physicoꝝ cōmēto. 79. dicit ꝙ primuz principiū: qd est deus: nō est finitū nec īfinitū. ¶ In hac questione duo principaliter sunt videnda: Primū est: si primū principium concurrit effectiue ad motū: aut ad aliquem aliuz effectum de mente Arist. ꝛ Cōmētatoris. Secūdum est ostendere quid senserit Aristoteles de infinitate intensiua dei: quaz appellant infinitatez in vigore. Et quia hoc scdz dependet a primo: ideo primo primū pertractabitur: ad quod declarādum accipitur: qd de mēte vtriusqz tam Aristotelis ꝙ Cōmētatoris est: ꝙ primū ens causat effectiue motū in celo: ꝛ in hoc duo faciemus: primo probabimus conclusionē auctoritatibus ꝛ rationib⁹. secundo loco obijciemus contra conclusionē seu determinationē in se. Primū ꝓbatur ex auctoritate Cōmētatoris. 12. metaphysice. ꝯmēto. 5°. vbi habz hec verba. Declarat etiaz scz Aristo. in hoc tractatu: ꝙ principiuz prime substantie abstracte etiā est substātia ꝛ forma ꝛ finis: ꝛ ꝙ mouet vtroqz modo. ꝛ hoc primo intendit declarare in h tractatu. Per hoc ꝙ dicit: vt forma: denotat causalitatē efficientis iuxta illud tertij physi. textu ꝯmē. 17. semper existimabitur species aliqua mouēs. Et per h ꝙ dicit: ꝛ finis: denotat causalitatez finis: ꝛ istas duas causalitates in primo ente concludit Cōmentator. Ex hoc ꝙ postremo ponitur. scilz ꝛ mouet vtroqz modo: innuit duos diuersos modos mouēdi: alioquin nō diceretur mouere vtroqz modo: sed vno modo: forma enī si est principiuz extrinsecū alicui⁹ motus maxime motus localis: de quo est mentio in ꝓposito: nō est principium nisi in ratiōe efficiētis: vel in ratiōe finis: eo modo quo dicit Cōmētator scdo de anima cōmē. 37. Animā esse causam corporis animati: volēs ꝙ anima est causa corporis animati ſm formaz ꝛ ſm finem. Et ex hoc ꝙ anima sic est causa ſz formā ꝛ finem infert: ꝙ est causa efficiens cuiuscūqz motus in corpore: siue sit verus: siue sit existimatus: vnde habet hec verba. Cuz declarauit supple Aristo. animaz esse cām ſm formaz ꝛ ſm finez: declarauit etiā eā esse causam mouentem ſm omnes modos motuū siue veros siue existimatos esse motus. igitur in ꝓposito si principium prime substantie abstracte: qd est deus: est principium in ratione forme ꝛ finis: sequitur ꝙ est principiuz efficiens respectu substantie abstracte. Hanc eādez sententiā habet Cōmētator ꝯmēto 6° vbi dicit. Declaratū est igitur in hac scientia: ꝙ ens nō materiale: qd iam declaratū est esse mouens substantiaz sensibilem: est substantia antecedens substantiā sensibilez: ꝛ qd est principiuz eius ſm formaz ꝛ ſm finē. Ex quo ꝯmēto habetur: ꝙ substantia abstracta est principiuz substātie sensibilis: vt mouens: vt forma: ꝛ vt finis. Et hoc habet intelligi de omnibus formis abstractis: quia sermo demōstratiuus est per se: ꝛ de omni: aliter hec ꝓpositio. substantia abstracta est principiuz substantie sensibilis: nō esset simpliciter vera ꝛ necessaria. ¶ Sed ad hoc respondetur ꝙ primū principiū mouet vt forma. i. vt forma nō in materia. ¶ Contra pn^m substātie abstracte nō potest esse forma in mā: et hoc certissimuz est: ꝛ de se notum ꝛ per cōsequens hoc nō debet queri ab Aristo. tāqz dubium: cū ridiculosum sit de hoc dubitare. sed Cōmentator dicit Aristo. hoc declarasse ꝛ quesiuisse iquisitiōe demonstratiua. ergo hoc qd est principium substantie abstracte esse formā abstractam: nō est declaratuz seu ꝓbatuz ab Aristo. sed solum ꝙ tale principiuz mouet vt forma efficiens ꝛ vt finis. ¶ Sed datur alia responsio dicendo ꝙ Cōmētator ꝑ hoc ꝙ dicit: vt forma ꝛ vt finis: intelligit per li vt forma substantiaz: ꝛ est sensus principiuz prime substātie abstracte mouet vt substātia ꝛ vt finis. ¶ Contra idē est dicere principiū prime substātie abstracte est mouens vt forma ꝛ vt finis. ac si dicatur mouet vt finis: qui est substātia ſz te. Tunc sic. inutilis repetitio est abijcienda ab Aristo. ꝛ Cōmētatore: qui nō ponunt aliquid superfluuz. sed Aristo. premiserat ꝙ tale principium est substantia. ergo sufficiebat sibi dicere ꝙ mouebat vt finis. igitur addendo ꝙ moueret vt substātia: superuacaneuz erat: ex quo cōcluserat talem finez esse substantiā. Naz quicquid est formaliter substantia si mouet: mouet vt substantia: ꝛ hoc nō est dubium. sed premissum fuerat huiusmodi finem esse formaliter substātiā. igitur ꝛc. ¶ Preterea si finis sit substantia: si mouet nō dicit̄ mouere vtroqz modo: sed vno modo: quia ratio finis substantialis est tantuz vna ratio causalitatis ꝛ principij: nō eniz substātia si sit finis: habet causalitatē alterius rationis a fine in alijs: nisi dicatur: ꝙ est fundamentuz ꝛ subiectū talis causalitatis finalis: ꝛ tunc substātia in ratione fundamenti non mouet sed mouetur: sicut materia a forma. ¶ Et preterea si diceretur: ꝙ si substātia sumpta in ratione fundamēti causalitatis finis mouet: nō moueret in ratione forme: sed solum in ratione materie vel quasi materie: quare expositio nulla est. ¶ Sed datur tertia responsio: ꝙ tale principiū substātie abstracte mouet vt finis substantie mobilis: ꝛ vt finis motus: ꝛ hoc intelligitur per hoc ꝙ dicit: vt forma ꝛ vt finis: nā per li vt formaz intelligitur tale principiū esse finem substātie mobilis: quia est quasi forma eius ꝛ finis: per li vt finis intelligitur tale principium esse finem motus ipsi⁹ substātie mobilis. ¶ Cōtra Cōmētator alibi exponens intentuz suū: vt in. 12. metaphysice. ꝯmē. 44. habet: ꝙ quelibet substātia abstracta mouet ſm motorem ꝛ ſm finez: ꝛ nō addit ad li finem substantiam: ꝛ tūc erit sensus: substātia abstracta mouet vt finis mo

tus: ⁊ vt finis simpliciter nihil aliud addendo. ¶ Itez quicquid est finis substantie mobilis: est finis etiam motus: quia finis substantie est finis accidentis. igitur ponendo primum principium esse finem substantie: superfluum est ponere esse finem motus. ¶ Item quod dicit hic sm motorem alibi exprimit: vt in hoc secundo metaphysice. commento quinquagesimoquarto. vbi habet: si sanitas esset separata: moueret scdm agens: ⁊ sm finem: huic sententie concordat illud: quod ponit Commentator commento. 36. eiusdez duodecimi. vbi dat differentiam inter principia materialia ⁊ abstracta: ⁊ habet ꝙ illud quod mouet nos in loco sm agēs: differt ab eo quod mouet nos sm finem: quia hec habent diuersa esse in nobis: in abstractis autem idem sm esse est agens motum: ⁊ finis motus. Et concludendo dicit. Si quidem igitur forma balnei non esset in materia: tunc moueret ⁊ sm agens ⁊ sm finem sine aliqua motione cōtingente. hec ibi. Et loquitur hic de primo pncipio: quod vt dicit Aristo. mouet: sicut appetibile ⁊ intelligibile non motum. ¶ Sed ad hoc forte diceretur ꝙ istud agens: de quo facit hic mentionez Commentator: non est nisi agens metaphoricuz: quod non distinguitur a fine: nam talis agentis motio seu actio non est nisi agere in ratione amati ⁊ desiderati: ⁊ tale agere est finis: qui est causa finalis: cuius causalitas per se: vt distinguitur ab agente reali: est quod ex amore suo: siue libero: siue naturali efficiens dat esse effectui: et extra mouet vt finis. ergo distinguit obiectum: vt in mente: ⁊ eius causalitatem ab obiecto ⁊ cāsalitate ab extra. Et ita iste causalitates sunt alterius rationis: quod etiam probatur: quia obiectum intelligibile concurrit vere effectiue ad actum intelligendi: ⁊ similiter ad actum appetendi. Quia tales actus sunt similitudines obiectoruz: ⁊ specificantur ab eis. igitur causantur effectiue ab eis: nam da: ꝙ non. igitur non magis vna intellectio esset similitudo vnius obiecti q̄ʒ alterius: nec per consequens distingueretur specie ab eo: quia effectus specificatur ⁊ distiguitur a sua causa per se proxima ⁊ particulari efficiente: nec solum hoc est verum in nobis. sed etiam in immaterialibus ⁊ abstractis: quia omnis intellectio: que nō est eadem obiecto. cum presupponat ipsum: ⁊ ab ipso essentialiter dependeat ad hoc ꝙ sit: causatur ab ipso etiam effectiue: ⁊ hoc probabitur multo magis inferius: intellectiones autem intelligentiarum non sunt eedem prime substantie: que est deus: ⁊ dependent essentialiter ab ipso. igitur causantur effectiue ab ipsa. ¶ Sed ad maiorem hic assumptam forte respondetur: ꝙ omnis intellectio: que non est eadem obiecto. causatur finaliter ab obiecto: ⁊ in ratione finis non aliter. ¶ Contra. cuius non est efficiens: eius non est causa finalis intellectionis: intelligentiarum nulla est causa efficiens: vt dicis. ergo ⁊c̄. maior probabitur inferius. vbi pbabitur conclusio principalis rationis. ¶ Ad conclusionem istam principalez est etiaz Cōmētator ɔmēto. 38. vbi habz. Intelligētie enim abstracte in eo ꝙ sunt abstracte debent esse principia eoruz: quorum sunt principia duobus modis: sm ꝙ sunt mouentes: ⁊ sm ꝙ sunt fines: ⁊ ne crederes: ꝙ ipse Cōmētator hoc dicat d̄ alijs a pima intelligentia subintulit. Intelligētia eniz agēs inquantuz est abstracta: ⁊ est principiū in nobis: necesse est vt moueat nos sm ꝙ amatuz amans: ⁊ si omnis motus necesse est vt cōtinuetur ei: a quo fit sm finem necesse est vt in postremo ɔtinuemur cū hoc intellectu abstracto: ita ꝙ erimus dependētes a tali principio a quo celuz dependet. hec Auerroys. Cōtinuamur enim primo principio mediante intellectu agente sm ipsuz: ⁊ vnaquecꝫ natura cōtinuatur ei mediate vel imediate. Ex qua sentētia dicit Cōmētator: ꝙ primuz principium est principiuz duobus modis respectu eoꝝ: quorum est principiuz: qḋ nō potest esse nisi in ratione efficientis ⁊ finis. Et si ratio efficientis in ipso nō eēt alia a ratione finis: nō esset principium duobus modis: sed vno modo. Item ad principale Cōmentator. 12. metaphysice. cōmēto. 39. super illud. Deus est viuus sapiēs ⁊c̄. inquit ⁊ sm hoc ꝙ sonat hoc nomen: est viuum eternum valde nobile. Et declaratum est ratione tale esse ⁊ est illud: quod mouet omne. hoc igitur deus est. Itez expressius dicit hoc in ɔmē. 37. vbi inquit. Incepit demonstrare ꝙ intellectum est illud intellectuz qḋ mouet totum celum motu diurno: qui est maximus ⁊ velocissimus motuuz ⁊ inferius subdit: ꝙ istud mouens est in fine nobilitatis: vnde habet hec verba. Et intendebat per hunc sermonem distinguere inter primum principium: ⁊ alia principia abstracta: alia enim vidētur esse electa ⁊ desiderata ꝑpter alia. s. principia aliorum motuū preter motum diurnū: qḋ autem hūc motum facit videtur esse electū per se: quando versus ipz mouetur omne motu velociori: ⁊ maiori motibus propriis vnicuiqꝫ ipsoruz: est enim electuz per se: ⁊ amatū oibus: tale autez est ꝑfectius in fine. Itez ad hoc facit qḋ dicit Cōmētator. 43. eiusdē libri vbi ingt. Principium primuz entium nō mouetur necꝫ essentialiter: necꝫ accidentaliter: ⁊ mouet ⁊ facit primuz motum: in quibus verbis expresse dicit Auerro. primū principiū facere pmuz motū: factio autem motus nō attribuit̄ nisi efficiēti. ¶ Qḋ si tu diceres: ꝙ facit primū motū metapho. ꝑ moduz finis. ¶ Contra. co mō Arist. concedit primū principiū facere primū motum: eo mo do negat ipsuz moueri essentialiter aut accidentaliter sed negat ipsum moueri motu reali in quocuncꝫ genere motus: ⁊ nō metaphorice: vt probauit ex precedentibus textu istius cōmenti. ergo ⁊c̄. minor patet ex processu Aristo. hic ⁊ 8° physicoruz: vbi probat statum in mouentibus ⁊ motis: que mouent aut mouētur motu locali: nō metaphorico. ¶ Confirmatur quia primuz principiuz: qḋ est deus: mouet seipsum motione intentionali saltem sm nostruz modū intelligendi: hoc est amat ⁊ desiderat se: ⁊ nō amat se per impressionez alicuius forme intentionalis: quia hoc non conuenit sibi propter suam simplicitatez: tamen prius intelligimus essentiaz diuinā esse presentez intellectui suo sub ratione actu intelligibilis anteq̄ʒ actu intelligat: ⁊ ita sm rationem ⁊ itellectuz percipitur ibi motio vel quasi motio intentionalis: ex quo amat se ⁊ desiderat se: ex quo amore est postmoduz pncipiū: vt causa aliorū entiū: ⁊ hoc est ꝙ testatur Auerroys cōmēto. 51. dicēs: ꝙ aliter se habet res ad scientiam nostrā: ⁊ aliter ad scientiam diuinaz: nam scientia nostra causatur a rebus: scientia dei est causa reruz: ⁊ sicut scientia dei est causa rerū: ita ⁊ velle diuinum: quia seinuicem concomitantur circa quodcuncꝫ obiectuz. Ex his sequitur ꝙ ista conclusio Aristo. s. primū nō mouetur necꝫ essentialiter: necꝫ accidentaliter intelligitur de motu reali: de quo affirmat primuz principiuz: qḋ est deus: mouere primum mobile. ¶ Preterea ad principale Auerroys. 12. metaphysice

fice cōmēto.44.inquit ꝙ moderni dicant primā substantiam esse priorem motore totius: falsum est: quelibet enim substantia istarum est principium substantie sensibilis ſm motorem: ⁊ ſm finē: ⁊ subdit. Ideo dicit Aristo. ꝙ si alique substantie essent nō mouētes essent ociose. Ex quo cōmēto concluduntur duo: primum ꝙ si aliqua substantia abstracta nō moueret: esset ociosa in natura: quia mouere motu sempiterno ⁊ regulari est maxime propriū intelligentie. Scdm est ꝙ pma substa mouet primum mobile ſm motorem: hoc est effectiue: ⁊ ſm finem: hoc est in ratione cause finalis: qđ quidem longe clarius expressit: vt premissum est supra in hoc.12.cōmento.55. ⁊ cōmento.36. ¶ Ex hoc arguit̄: si pma substātia: que est deus: tm̄ moueret metaphorice hoc est in ratiōe finis: esset prior motore totius: qui ponit̄ mouere primū celum. sed non est prior. vt dicit hic Cōmentator. ergo nō tm̄ mouet metaphorice. sed etiā realiter: ⁊ istud mouere nō est nisi causare effectiue motū. ergo ⁊c. ¶ Nec est dcm̄ ꝙ ista prioritas: quā negat Cōmentator de prima substantia respectu primi motoris sit prioritas temporis ⁊ durationis: quasi velit dicere: ꝙ moderni. scilicet Auicēna ⁊ sui sequaces contra quos inuehitur: ponant primam substantiam precedere tempore motorem totius: quia hoc non ponit Auicē. non enim asserit intelligētias esse de nouo productas. ⁊ ex consequenti non potest ponere talem prioritatem prime substantie ad primum motorem: sed solum Cōmentator reprehendit Auicēnā quantū ad hoc ꝙ posuit primam substantiam esse finem cuiuscumqȝ alterius a se: ⁊ nullam habere actionem respectu motus pmi celi. ¶ Preterea scdo celi textu cōmēti.37. postqȝ pħs declarauit primum motum: quod est primum celum esse non generatum: neqȝ corruptibile: neqȝ alterabile: aut transmutabile omnino subdit. Cum ita sit dignius est vt motor pmi sit huiusmodi: ⁊ reddit rationem dicti dicens. Causa enim prima mouet primum causatum. sed talis causa prima est deus: ⁊ primū causatum est primum corpus: vt vult ibi Commentator. ergo ⁊c. ¶ Item Auerroys in de substantia orbis cap. tertio dicit ꝙ Aristo. non posuit causam efficientem: sed tantū mouentem in corporibus celestibus: ⁊ concludit dicens. Nō est dubium ꝙ agens celum est mouens ipsum: ⁊ ista virtus est: quā laudat Aristo. in multis locis in libro de celo ⁊ mundo: ⁊ vidit ipsam esse nobiliorem celo: ⁊ altiorē. Probatur scdo principaliter conclusio ratione: ꝙ prima substātia: que est deus: causat effectiue motum pmi celi: quia ſm omnes deus est causa finalis istius motus: ⁊ cuiuscūqȝ alterius a se: causalitas cause finalis est ꝙ ꝓpter finem amatum agēs dat alicui esse: ordinando ipsum ad finem ex quinto metaphy. tex. cōmenti tertij. ergo respectu cuius agēs nō dat esse: respectu eius nō est finis: qui est causa finalis: ⁊ ita si respectu alicuius: qđ est aliud a deo nō est agēs: ⁊ efficiens: respectu eius non erit finis. ¶ Sed forte ad hoc dicetur deum esse finem intelligentie secunde: quia hec non mouet. nisi vt assimilet̄ prime. ¶ Cōtra quia ex hoc sequit̄: ꝙ tantū deus sit causa finalis motus ⁊ actionis intelligentie: non autem intelligentie in se: neqȝ substantie celi: qđ est contra Arist. 12. metaph. textu cōmenti.52. vbi ex vnitate finis cōcludit vnitatem vniuersi. Consequentia pbatur vt prius. nā causa finalis non causat: nisi quia metaphorice mouet ipsum efficiens ad agendum. probatur ista. nihil est causa per se alicuius: nisi vt ab ipso tanquā a priore essentialiter dependet: entitas finiti non dependet essentialr a fine vt a priore: nisi pro quanto finis: vt amatus ⁊ desideratus mouet efficiens ad agendum ⁊ causandū entitatē finiti: intelligentia scda: ⁊ similiter celum quoad substantiam eorum non dependēt modo dicto a deo. vt dicit ista responsio. ꝙ vȝ. deus moueat vt amatus aliqđ efficiens ad agendum respectu substantie intelligētiarum: ⁊ celi. ergo deus non est causa finalis ipsorum. ¶ Preterea. Per numerum motuum celestium concludit Aristo. duodecimo metaphysice. textu commēti.47. ⁊.48. numerum intelligentiarum. Unde Commentator ibidē cōmento.44. vt allegatū est. dicit. Si alique intelligentie essent non mouentes: essent ociose in natura: ⁊ ratio est: quā assignat Cōmentator nono metaphy. cōmento.7. dicens. Cum entia nō habuerint operationes ꝓprias: ꝓprium intelligentie est mouere celum motu circulari. igitur ⁊c. ¶ Item Aristo. tex. cōmenti.48. habet ꝙ omnem naturam: ⁊ oēm substantiam impassibilem: ⁊ ſm se optimum esse finem sortitam oportet existimare: nulla erit preter has altera nā sed hanc substantiarum numerū esse necesse est. ista ratio reducit̄ ad formā sic. omnē substantiā impassibilē optimū sortitam esse finem oportet existimare. nulla est altera substantia impassibilis preter has que sunt cause actiue lationum. ergo iste mouent effectiue: ⁊ tūc vltra: si optimus finis sube separate est in causando lationē alicuius corporis celestis: ⁊ non potest aliqua talis substantia carere fine suo. ergo non potest non mouere. ¶ Et quia aliqui deridēt istam rationem nō intelligentes eam: quibus accidit vt sint derisores Aris. qui eam facit: ideo ad declarationem eius est aduertendum ꝙ finis substantie est duplex: quidam est intrinsecus: quidam extrinsecus: intrinsecus est finis perficiens substantiam: ⁊ talis respectu intelligētie est intellectio beatifica: qua formaliter perficitur: ⁊ obiectū beatificum: quo perficitur obiectiue seu terminatiue: ⁊ sic voluit Aristo. speculationem prime veritatis esse finem intelligentiarum decimo ethycorum. finis scdo modo dictus est vltimum consequens ipsam rem ex perfectione rei: non perficiens ipsam rem. ⁊ isto modo diceret philosophus: ꝙ non solum substantie separate sunt perfecte in se: sed ex plenitudine perfectionis earum: necesse est ꝙ communicent suam perfectionem alijs eo modo: quo possunt. sed iste finis secundus haberi nō potest sine motione alicuius corporis celestis ergo mouet tale corpus: ⁊ hec ratio potest applicari ad deum sic. substantia perfectissima non caret aliquo: qđ competit substantie ex perfectione substantie: siue illa sit perfectio eius intrinseca: siue communicatio perfectionis eius extra naturam ipsius. substantie autem perfecte competit ꝙ non tantū in se perficiatur: sed perfectionem suam cōmunicet alijs producendo eius esse. ergo istud maxime competit substantijs impassibilibus. sed non potest aliquam substantiam producere: nisi mouendo celum: quia vt premissum est ab Auerroy. ⁊ ab Aristo. contra Platonem ponentem ydeas substantias separatas. si alique substantie essent tales: ⁊ non mouerent essent ociose. quare ⁊ cete. ¶ Preterea habet Aristo. secundo metaphysice textu commēti quarti. ꝙ ideo deus est maxime ens: ⁊ verum ens: quia est causa vniuoca entitatis: ⁊ veritatis in alijs: sed quod est causa alicuius in esse reducens ipsum ad

esse est causa efficiens. deus est huiusmodi respectu cuiuscunq; entis. ergo ⁊c. assumptum probat pro maiori. inter omnes causas causa prima realis: a qua omnes alie dependent: est efficiens. nam cause intrinsece si causant: hoc est: q2 mouentur ab efficiente. Et quãuis finis sit simpliciter prima causarũ: sua tamẽ causalitas est intentionalis non realis: vt dictum est in q̃one de fine in quinto metaphy. vnde agens naturale cum sit determinatum ad agere ex necessitate nature: si ponaẽ passum: ⁊ alia que requirunẽ ad agere per eandem vim actiuã quã habet: quicquid esset de fine: non minus ageret: ⁊ effectus haberet esse reale per solam causalitatem agẽtis: q̃d non esset sine efficiente: positis alijs causis. ergo q̃d reducit: vel causat effectum in esse realiter ⁊ per se est efficiens. deus est huiusmodi: vt dicit Aristo. ⁊ Cõmentator vbi supra: q2 pro tanto est maxime verus: ⁊ ens: quia est causa veritatis ⁊ entitatis in alijs. igiẽ ⁊c. Et confirmatur: tum quia Aristo. exemplificat de igne qui est causa caloris: ⁊ certum est ꝙ ignis: qui est causa caloris efficiens non causat calorem in alio genere cause q̃ȝ in genere cause efficientis. Tum quia dicit Cõmentator in quarto cõmẽto. Manifestum est: ꝙ hec est causa prima oium entium: vt declaratum est in naturalibus. ista igitur causa est magis digna in esse ⁊ in veritate q̃ȝ omnia alia entia: omnia enim entia non acquirunt esse ⁊ veritatem: nisi ab ista causa. ⁊ vltimo concludit. est igiẽ ens per se: ⁊ verum per se: ⁊ omnia sunt entia ⁊ vera p'esse: ⁊ veritatem eius: ⁊ pondero hoc q̃d dicit: ꝙ omnia alia acquirũt esse a causa prima: q2 illud q̃d prio ⁊ realiter dat esse est efficiẽs. vt dictũ est. ❡ Sed ad istam rationẽ forte dicitur: ꝙ probatio maioris: cui initiatur ratio principalis non est vera. scȝ ꝙ agens naturale: non posito fine: ageret causando effectum: quia determinaẽ ad agere ex appetitu finis. sed q̃cq̃d sit de hoc saltẽ finis nõ põt effectũ in esse reale: sine efficiẽte. ⁊ illud per quod propinque ⁊ imediate res habȝ eẽ reale est efficiens: ⁊ tunc stat ratio: ꝙ si oĩa habent esse: ⁊ verũ esse reale a deo: deus est causa efficiens: quia ex causalitate finis sola nulla res habȝ verum esse: sed solum esse sm quid. vȝ intentionale. ❡ P̄. Ad principale. si deus tñ est causa finalis omniũ: vt diciẽ: hoc est quia terminat dependentiam cuiuscũq;: ⁊ omnia ordinanẽ ad ipsum in ratione finis. Tunc quero q̃d est illud terminare dependentiam in ratione finis: diciẽ ꝙ nõ est nisi exigẽtia entitatis diuine: quia vnumq̃dq; ad suũ esse requirit necessario esse diuinum: sed hoc non põt esse sm mentem ph̃i: quia non solum de entitate diuina: verumetiã de entitate cuiuscũq; spẽi ph̃s habuit pro impossibili vniuersum posse eã causare. igiẽ si deus est causa finalis: quia eius esse requiritur ad esse aliorum species humana etiam posset dici causa finalis aliarum specierũ: quia entitas humana requiriẽ ad esse aliarũ specierũ: ⁊ non esset differentia nisi in hoc: ꝙ deus eẽt maius ens q̃ȝ spẽs humana. ❡ Confirmaẽ: quia sm ph̃m deus non tantũ est finis omnium: quia sic terminet dependentiam omnium finitorum: ⁊ moueat vt terminans dependentiam entitatis intelligentie sibi proxime: imo vt mouens ad actum amandi: quia mouet vt amatũ: ⁊ desideratum: vt dictum est supra. igiẽ est causa amoris intelligẽtie: ⁊ sube eius: q2 actus intellectus ⁊ voluntatis ponunẽ sm ipsum Aristo. idem substãtie intelligentie: ⁊ tale q̃d sic mouet causat effectiue: vt dictum est supra. ❡ Penultimo arguiẽ. eo modo quo sciẽtia nostra causaẽ a rebus: scientia diuina est causa rerum. sed nostra scientia causatur a rebus effectiue: vt de se patet. igitur ⁊c. maior est Cõmentatoris. 12. metaphy. cõmento. 51. dicentis vt supra allegatum est: ꝙ scientia diciẽ equiuoce de scientia diuina: ⁊ de scia nostra: quantum ad hoc ꝙ hec est cã rerum. s. diuina: illa aũt. s. nostra causatur a rebus: hec autem causalitas vtrobiq; non põt esse nisi effectiua: vt pȝ. ❡ Et cõfirmaẽ. sicut se habent artificialia ad sciam nostram: sic se habent naturalia ad scientiam diuinã. sed artificialia sic se habent ad scientiam nostram ꝙ causanẽ effectiue ab ipsa. igiẽ naturalia causabunẽ effectiue a scientia diuina. ❡ P̄. Ultimo ad hanc partem adducitur sñia Cõmentato. 12. methaphy. soluendo q̃onem Joãnis grãmatici cõm. 41. que questio erat q̃uo a potentia infinita potest esse motus eternus: ⁊ questio mouet sub hac forma. si celũ moueẽ a potentia: cuius actio est infinita: necesse est vt moueat in nõ tẽpore. Et respõdet non quidẽ negando actionem: qua fit motus esse a potẽtia infinita. imo hoc tenet pro constanti: sed dicit motum eternũ habere duplicem motorem: vnum potentie infinite: alterum finite: quo mediante mouet motor infinitus: ⁊ vterq; cõcurrit actiue ad motum: sed ordine quodam essentiali: ex quo concludiẽ propositum sic. quãdo duo principia essentialiter ordinata concurrunt ad aliquem vnũ effectum causandum: aut posterius accipit esse a priori: aut recipit aliquem influxum: aut ambo imediate attingunt eundem effectũ. Exemplũ primi. celum ⁊ ignis causant aliquem effectum in istis inferioribus: ⁊ ignis recipit esse a celo. Exemplum scdi. manus ⁊ baculus mouent pilam: ⁊ baculus accipit influxum a virtute motiua existente in manu. Exemplum tertij. pater ⁊ mater cõcurrunt in generatione prolis: posito ꝙ mater concurrat actiue: ambe cause imediate attingunt generationem prolis: ⁊ neutra recipit virtutem suam ab alia. sub ista maiore sic probata accipio istam minorẽ. motor infinitus ⁊ finitus concurrunt ad motum ordine quodam essentiali sm Cõmentato. aut ergo scd̃s accipit esse a primo: ⁊ si sic: habeẽ propositum: aut accipit aliquem influxum: ⁊ cũ nihil recipiatur in intelligentia q̃d nõ sit idẽ substantie sue: adhuc habetur intentum. si detur tertiũ hoc non potest esse ꝙ ambo imediate causent motum quia cum motor infinitus causet motum ex necessitate nature: agit talem motum quantũ potest ⁊ sm vltimũ virtutis sue. igitur causabit motũ in instãti. ❡ Sȝ ad hoc respondet scũs Tho. 8. phy. ꝙ primũ mouens mouet per intellectum ⁊ voluntatem: ⁊ ideo mouet sȝ exigentiam materie subiecte: sicut edificator agẽs per intellectũ ⁊ voluntatem non semper facit domum perfectissimã: quã põt facere: sed limitat actionẽ suam sm exigẽtiã materie ⁊ finis: sic facit deus quãuis possit agere in instanti: q2 tamẽ corpus celeste nõ est natũ accipere motũ in instanti. ideo nõ sic mouet. ❡ Cõtra istam responsionem instatur: quia si deus causat motũ in celo: hoc facit ex intellectione ⁊ amore sui principaliter: quia est illud: q̃d diligitur propter se in vnitate electorum: ⁊ desideraẽ: vt diẽ Cõmẽtator cõm. 37. 12. meta. sed deus intelligit: ⁊ diligit se quantũ potest: ⁊ sm vltimũ virtutis sue. Ad istam aũt intellectionẽ naturalem: ⁊ amorem sui infinitum necẽio seq̃tur actio: que est motus in celo. igitur ista actio proportionabiẽ intellectioni ⁊ volitioni diuine. ista aũt sunt infinita. igitur actio motus erit infinita: ⁊ sic habeẽ propositũ: q̃d aũt deus diligat se dilectione infinita probatur: q2 aliter nõ esset in optima dispositione: sicut potest esse: q̃d est contra Aristo.

Aristo.12.metha.textu cōmen.39.quia non diligeret se quantum est diligibilis. nam essentia eius est infinita per se. ergo est diligibilis infinite: ac etiam intelligibilis. ¶ Preterea falsum est: q si deus possit agere in instanti: q celum non possit recipere actionē infinitā: ⁊ instantaneam: tum quia passum est in pura potētia: ⁊ obedientia ad actionē agentis. nam passum nō limitat actionem agentis: sed potius agens passum determinat: ⁊ limitat ad actum: quia predominatꝰ passo: presertim si habeat proportionem infinitam: sicut esset in proposito: tum quia omni actiue ⁊ potentie actiue correspondet potentia passiua. cum ordo potētie actiue sit ad potentiā passiuam sicut ad propriū correlatiuū: cū definiatur per ipsam: ⁊ non sicut accidens per subiectū neq̧ sicut per superius: sed sicut vnū correlatiuū definitur p reliquū. ¶ Confirmatꝰ. nā nisi potentie actiue corresponderet passiua equalis ambitus cum ipsa: frustra esset illa potētia actiua in nā: q̄ ordinaret ad actū quē non posset attingere: si igitꝰ deus habet potentiaȝ infinitam motiuam: sequitꝰ q est dare potentiaȝ passiuam celi q̄ potest recipere actionem infinitā s̄m Arist. ⁊ Auer. nec exemplum de edificatore creato est ad propositum: quia talis edificator mere: libere: ⁊ contingēter agit: ⁊ non ex necessitate nāe: ⁊ agit ex itellectione ⁊ volitione simplr variabi'i: ⁊ ex parte agētis: ⁊ ex parte passi. Et postremo non habet proportionē infinitaȝ ⁊ inuincibilem supra passum: quoꝝ opposita sunt in deo. quare ⁊c. ¶ Multas alias auctoritates Ari. ⁊ Cōmentatoris ⁊ rōnes ad hanc conclusionē posseȝ adducere: quas causa breuitatis ommitto: sufficit aliqualr delibasse intentionē phi ⁊ Cōmentatoris ex locis principalioribus in metaphysica. ¶ Sed cōtra istam conclusionem principalem: que attribuitꝰ Aristo. ⁊ Cōmē. arguitꝰ: quia Cōmenta. 12. metaphy. cōmento. 44. vt prius allegatum est ad probationē cōclusionis versus finem cōmenti dicit contra Auic. q mos qui iam est inter modernos in dicendo: q a tali motore prouenit talis motor: aut consequitꝰ: aut precedit: aut talia verba non vere intelliguntꝰ de istis principijs abstractis: omnia eniȝ ista sunt dispositiones agentiū superficietenus non vere: ab agente enim nihil prouenit vt diximus: nisi extrahere illud: quod est in potentia ad actū. Ex qua snia vult: q in istis abstractis nō est vera actio consecutio: aut precessio: que consequuntꝰ veraȝ agēs. ¶ Cōfirmatꝰ: q̄ tertio meta. tex. cōmē. tertij dic: in immobilibus non est agens neq̧ finis. substantie separate sunt imobiles. ergo ⁊c. ¶ Item Aristo. scdo celi tex. cōmenti. 62. inquit. Uidetꝰ autem optime quidem habenti existere: quod bene sine actione. sed primū principiuȝ est optime habens. igitur est existens sine actione. ¶ Item eodem scdo tex. cōmenti. 64. inquit phs. Qđ autem est vt optime habens: nihil indiget actiōe: ⁊ ex hoc arguitꝰ vt prius. ¶ Ad hec respondetꝰ premittendo q Cōmentator tria negauit ab intelligentijs: ⁊ similr a corporibus celestibus: ⁊ necessarijs: quoꝝ primuȝ est: q intelligentie ⁊ corpora celestia educerentꝰ: seu extraherentꝰ de aliqua potentia: ⁊ hoc per transmutationem: quia cum sint imateriales non possunt educi de potentia alicuius obiecti. Et hoc apparet per totū cōmentum. 41. ⁊ 44. 12. metaphy. contra Auicēnaȝ. Unde concludit: q ab agente nihil prouenit nisi extrahendo aliquid de potentia ad actuȝ: positio aūt Auic. vt habet videri in metaphysica sua lib. scdo caplo tertio. Sempiterna ⁊ necessaria q̄ habēt causaȝ ex se sūt possibilia esse: ⁊ necessitateȝ hñt a sua cā. ¶ Scdm q negat Cōmentator est: q in intelligētijs ⁊ corporibus celestibus non esse precedat esse: ⁊ potentia actum: vt declarauimus in formalitatibus: ⁊ in tractatu de itellectu: ⁊ hoc s̄m ordinem nature positiue: hoc aūt tenebat Aui. vt patȝ in metaphysica sua loco p̄allegato. nā vt dicit Cōmentator cōmēto. 44. 12. meta. non eē in istis nullo modo precedit esse: ⁊ potentia actum. imo asserit q si aliqua potētia ponitur in stellis: est ibi mō non potentiali. ¶ Unde cōcludit Cōmentator quasi in fine cōmenti dicens. Quapropter necesse est: vt potentia mouens: que est in stellis: sit infinita: qm̄ stelle acquirunt hac potentia supple motum non modo potentiali. ¶ Tertium: qđ negat Cōmentator: sequitur ex scdo: ⁊ est q nec intelligentia: nec celum potest esse possibile ex se ⁊ necessarium ab alio: quia tunc potentia in eis precederet actuȝ. sed q per moduȝ simplicis emanationis nō emanarent: seu producerentꝰ ad esse non ex aliquo non esse: aut ex aliquo potentiali nunq̄ fuit intentio Aristo. aut Auerroys: ⁊ hoc apparet ex cōmento. 44. sepe allegato in. 12. metaphy. vbi cōuenit cum Auicēna in hoc: q in intelligentijs est causa ⁊ causatuȝ: quemadmodū intellectuȝ est causa intelligētie: sed discordat in alio. scȝ q vna intelligentia tm̄ sit ab vna: ⁊ negat in eis prouentum: consecutionem: ⁊ actionem: que omnia pretendunt vel transmutationeȝ: vel saltem potentiam precedentem actum: ⁊ non esse precedens esse. tamen ibi esse causam ⁊ causatū concedit ⁊ hoc per simplicem emanationem ad esse: ⁊ ideo male dicunt qui asserunt Cōmentatoreȝ in hoc cōmento cōtradicere Auic. ponenti intelligentias pduci p modū simplicis emanatiōis: in h. n. nō ɔ̄dicit Cōmē. imo maxie affirmat: ex q̄ ɔcedit: q in eis est cā ⁊ cātū: vt dictū est: sed ɔ̄dicit de prouentu cōsecutiōe ⁊ actione: q̄ ista denotant potentiaȝ ante actū. ¶ Contradicit etiā q vna intelligētia tantū prouenīat ab vna: ⁊ q hec sit intentio sua patet: q̄ aliter in nullo cōtradiceret Aui. nam dicebat ipse: q in intelligentijs a prima erat tantum vna intelligentia causaliter per moduȝ simplicis emanationis. ¶ Contra Auicēnaȝ arguit Cōmētator sic. In intelligentijs est causa ⁊ causatuȝ per modum intellecti ⁊ intellectionis. sed possibile est ab vno intellecto prouenire plures intellectiones: quia qđ intelligit motor corporis celi de primo motore: ⁊ est causa in anima celi: est aliud ab eo: qđ intelligit motor orbis saturni: si hoc quod dicit: ⁊ est causa in anima celi: non intelligitꝰ de vera causatione ponente rem in esse: quid ad Auicēnaȝ: Questio enim: de qua erat controuersia fuit hec. vtrū a prima intelligētia alie essent causaliter aut tantum ab vna. ¶ Si dicatur a Cōmentatore: q vna tantuȝ non est ab vna: quia primus motor potest esse obiectū plurium intellectionū quid ad Auicē. nisi ponatur cuȝ hoc: q ipsum obiectū etiam est vera cā ipsaruȝ: ⁊ per consequens substantiarū separatarum: quia substātia ⁊ intellectio idem sunt in intelligentia apud Cōmentatorē ⁊ Aristo. Et idem Cōmentator in fine cōmēti istam sententiaȝ approbans ⁊ declarans: quā ante dixerat: dicit sic: q a tali motore prouenit talis motor: aut cōsequitur: aut precedit. talia verba nō intelligūtur de principijs abstractis. Omnia eniȝ ista sunt dispositiones agētiuȝ superficietenus: ⁊ exponit: de quibus agentibus intelligit. Ab agente inquit non pꝛouenit nisi abstrahendo illud: quod est in potentia ad actum. sed illic nō est potentia: vnde neq̧ agens. tan-

tum enim est illic intellectus ⁊ intelligere ⁊ perfectuz
⁊ perficiens: quēadmoduz artifi⁹ adinuicem perficiū-
tur in hoc ꝙ accipiunt principia abinuicez. Et omnia
reducūtur ad accipienduz omnia sua principia ab arti
fice vniuersali continēti. Hec Cōmētator. Ex hoc cō
cluditur: ꝙ cum principia primi artificis sint cū alijs
principijs subordinans: sic erit in ꝓposito: ⁊ per hoc pz
ad primaz instantiam adductaz contra Cōmentatorē
principalē. ¶ Ad secūduz respōdeo: ꝙ in imobilibus
que sunt intelligentie: de quibus est mentio in proposi
to: nō est efficiens agens per motuz: ⁊ extrahens de ali
qua potentia aliquid abstractoruz in ipsis: quia de nul
la potentia subiecti extrahuntur: sed per simplicem ꝓ-
ductionem educuntur ad esse: que productio non est
mutatio neqꝫ creatio: vt aliqualiter tactum est in tra-
ctatu de itellectu: ꝓsertiz eo mō q̊ loquūt̄ theologi: qr
de nulla potentia precedente actuz ordine nature: aut
temporis positiue extrahūtur. Quāuis aliqui velint di
cere istam productionem esse creationem physicam
nō theologicam: quicquid sit: hic est efficiēs producēs
⁊ nō transmutans: quorum differentiam in alijs sepe
tetigimus: ⁊ declarauimus hec nō esse aliena ab inten
tione Aristo. ¶ Sed contra hoc est vnuz principium
apud naturales: ꝙ ex nihilo nihil fit. Respondetur ꝙ
li ex vno modo importat habitudinem cause mate-
rialis: ⁊ isto modo istud principium est verum: quia
nihil ⁊ nō ens nō potest esse subiectuz ⁊ materia entis
quia vnuz contradictoriū nō recipit reliquum. Secū-
do modo potest intelligi: vt li ex importat habitudinē
termini a quo eo modo quo dicit̄: ꝙ ex aurora fit dies
⁊ tunc si talis habitudo īportat aliquē ordinē positiuū
temporis: aut nature inter extrema: que sunt termin⁹
a quo ⁊ terminus ad quem: istud pricipiū apud Arist.
⁊ Cōmētatorē est veruz: ⁊ intelligo ordinem nature po
sitiuum: non ꝙ sit inter extrema positiua: quia iste or-
do non est inter ens ⁊ nihil: vt patet solum intelligo
ꝙ nō esse: aut nihil actualiter ⁊ positiue insit in aliquo
priori rei: que producitur per esse: aut saltem res ipsa
positiue: ⁊ actu prius intelligitur sub non esse: quaz sub
esse eo modo: quo s̄m Auicē. omne causatum est tale:
ꝙ in conceptu eius quiditatiuo non includit esse. igit̄
non est de se ens: ⁊ ita tale causatum sequendo Auicen
nam deduceret̄ de non esse ad esse: vt nō esse positiue:
⁊ actu precedit esse ex natura causati: ꝙ quantū est ex
se est possibile esse: non sic causatum necessariuz dedu
citur ad esse s̄m Auerroym: quia necessario repugnat
possibilitas: vt statim dicetur preterq̄ in motu: vt ha-
bet ipse .12. metaphy. cōmēto. 41. si sic accipiatur ordo
positiuus iter esse: ⁊ non esse. istud principiū: ex nihilo
nihil fit: est veruz s̄m Aristo. ⁊ nāles: quia vt dicit Cō-
mētator p̊ phy. com. 71. in fine: accideret aut ꝙ trāsmu
tatio esset in nihilo: aut qō transmutatū esset sine trās-
mutatione: ⁊ vtrūqꝫ est impossibile. Si vero ista habi
tudo ex dicit ordinē nature priuatiuum sic: ꝙ non esse
seu nihil non includitur in conceptu entis: qō fit: neqꝫ
aliqua potentia distincta contra actuz: vt dicebat Aui.
vbi supra. sed solum ꝙ non esse inesset oī circūscripta
causatione p̄me cause: quāuis ex se intrinsece ⁊ forma
liter sit necesse esse: ⁊ necessitatem: seu naturā necessa-
riam habeat a prima causa: loquendo de eē intelligen
tiarum: ⁊ corporum celestiuz: isto modo: qō producit̄
ad esse in istis non extrahitur de aliqua potentia: aut
de aliquo non esse: quia nullum tale precedit positiue
esse intelligentiaz: aut s̄m rem: aut s̄m conceptum: sz

solum hoc habet veritatez in possibili: qō distinguitur
contra necessariū ex se: eo modo quo dicit Auic. sexto
meta. caplo primo vt imediate ante allegatum est: qō
causatum quantuz est ex se inest ei: vt non sit: qō habet
intelligi non de necessario ex se apud Auerroym. sz de
possibili non necessario: q̄uis s̄m Auicennam taz de
causato necessario: q̄z de possibili intelligitur: ⁊ hoc ꝙ
dicit ipse causatum quantū est ex se inest ei vt non sit:
verius dicendū esset ꝙ non est de se ens q̄z de se sit nō
ens: ⁊ adhuc verius ꝙ nō est a se ens: ita ꝙ causato nō
oportet competere aliquam non entitatem: sed solum
negationē modi eēndi: qō est esse a se: ⁊ ista negatio est
compossibilis necessario: lz negatio entitatis nō sit cō-
possibilis ei. ¶ Sed contra. causatum est de se possibi
le. nullum necessarium est de se possibile. igitur nullū
causatum est necessarium. ¶ Respondet ad maiorez
ꝙ si possibile dicatur a potentia: que est differentia en
tis distincta contra actum existentie: talis potentia nō
de necessitate inuenitur in causato: nisi quod causatur
cum nouitate ⁊ contingentia ⁊ post non esse eius. sed
non est necesse apud Aristo. ⁊ Cōmentatorez causatio
nem cōnecti cum nouitate: ita ꝙ in quocunqꝫ causato
sit cōnexio causationis ⁊ nouitatis: seu etiam causatio-
nis cum potentia precedente actuz positiue ⁊ actuali-
ter: si autez potentia accipiatur prout denominat possi
bile: qō est obiectum potētie causatiue. tunc ista possi-
bilitas licz repugnat necessario a se: non tamē necessa
rio formalr̄ ⁊ ex se: ex quibus omnibus cōcluditur: ꝙ
quāuis in imobilibus non sit efficiens per motuz ⁊ fi-
nis: qui attingit̄ per motum: que omnia sunt respectu
termini: qui extrahitur de potentia ad actum: tamē est
in ipsis efficiens ⁊ finis sine motu ⁊ mutatione: qr vbi
nullum subiectū: ibi nulla mutatio: ⁊ hec solutio cōue
nit ei ꝙ dicit Aristo. in tertio meta. loco ꝓallegato vbi
probat finem non esse in imobilibus: quia finis est ter-
minus actionis: actio vero fundatur in motu: quare in
eis non est finis: quia in eis non est motus. ¶ Sed in-
statur contra istam determinationem. si ens necessa-
rium habet causam efficientem: sequitur ꝙ perit tota
demonstratio. Aristo. 8. phy. in p̄n° vbi arguit ipse mū
dum esse eternuz: quia si mobile: aut motus sit factus.
ergo motus ante motū. ¶ Respondebit aduersarius:
nego cōsequentiā: quia mundus est factus per simpli-
cem emanationem: ⁊ non per factionē que est motus.
¶ Soluit̄ difficultas dicendo ꝙ Aristo. probat cōtra
Platonē: ⁊ alios ꝙ mundus non est productus de no-
uo de aliqua potentia precedente actum simplr̄: quod
sequit̄ ex positione platonis: nam dicebat ipse cum an
tiquis: ꝙ mūdus in natura sua erat ens possibile vt di
stinguit̄ contra necessarium: ex quo ponebat ipsum in
cepisse ex tempore. igitur vt sic ponebat potentiā eius
precedere actum saltem natura positiue non tm̄ priua
tiue: sed omne tale quod deducit̄ de tali potentia inci-
pit eē per factionē: que est motus: maxime vbi tale fiat
per se ⁊ solitarie: sicut Plato habebat cōcedere de mū
do: qō dico propter animā intellectiuam: que s̄m Ari.
non fit per se: sed fit factione compositi: ex quo sequit̄
s̄m Platonē ꝙ factio mūdi fuisset motus ante motū
primi celi. ¶ Sed contra. vbi nulla materia transiēs
de priuatione ad formam: ibi nullus motus: aut muta
tio. in productione mundi non est huiusmodi. igit̄ ⁊c.
¶ Respondetur ꝙ in casu isto ibi fuisset materia trā-
siens de non esse forme ad esse ordine nature positiue:
quia mundus est productus ex tota sua materia. vt in

primo

si ꝑ accidens.ergo per aliud.⁊ tūc q̄rā de illo alio vtꝝ sit albū ꝑ se vl' ꝑ accñs.si per accidēs.ergo per aliud ⁊ tūc querā de illo alio.⁊ sic ꝓcedendo vt pri⁹ q̄re se quit ꝙ homo sit albus per se. Iste mod⁹ arguēdi nō valet.q2 cōcludit euidēter falsū.3 mutat.n.quo in qd.nā albedo est ꝑncipium quo hō.est alb⁹.nō tñ h3 rōnē qd.q2 albedo nō est alba ꝓprie loquēdo.idō dato ꝙ hō sit alb⁹ ꝑ aliud.q2 ꝑ albedinē ñ tñ d3 vlteri⁹ q̄ri vtrū albedo sit alba ꝑ se vl' ꝑ accñs.nisi mutet q̄ i ꝙ. Silr' in ꝓposito ipm vnū dato ꝙ sit aliud ab ente.ñ pōt q̄ri.vtꝝ sit vnū ꝑ se vel ꝑ aliud.sed mutat quo in qd.nā ipm vnum sic hēt rōnē.quo ens est vnū ꝙ nō ꝑt hrē rōnē qd vnitas.n.ñ ē vna ꝓprie loquēdo.secū do peccat rō ꝑ equocationē.nā sic ꝑ se d̄r dupl'r.s.ꝑmo mō.⁊ scd̄o.ita etiam ꝑ accñs d̄r dupl'r.vno mō.vt opponit ꝑ se.ꝑ mō.alio mō.vt opponit ꝑ se scd̄o mō.ens.ḡ denoiatū ab vno ē vnū ꝑ accñs.vt opponi tur.ꝑ mō ꝑ se.nō tñ vt opponit scd̄o mō.nā vnū cū sit passio entis ꝑdicat de ente ꝑ se scd̄o mō. ¶ Si ḡ i ferās.si ꝑ accñs.ḡ ꝑ aliud. Rñdeo.ꝙ ꝑ aliud d̄r dupl'r vno mō ꝑ aliud ab vtroq3 extremo.alio mō ꝑ aliud ab altero extremo tñ.ens ḡ ē vnū ꝑ aliud.nō ꝑ mō.sed scd̄o mō.sic hō ē risibilis.nō ꝑ aliud ab ipso hoie.s3 ꝑ aliud a risibili.q2 ꝑ formā ꝓpriā q̄ est aliud a risi bili.⁊ nō aliud ab ipso hoie.ita d̄r i ꝓposito. ¶ Dimis sa ḡ ipugnatōe cōmēta.Alr' arguo ꝯ Aui.⁊ ꝯ ꝑmū dcm̄.cū.n.dicit ꝙ ens ⁊ vnū ꝑdicant de oib⁹ q̄ro an ꝑdicant de oib⁹ vniformiter aut diffomiter.nō vni formiter.q2 vnū semꝑ ꝑdicat denoiatie.cū sit passio. ens aūt ꝑdicat qditatiue.licet forsa3 aliqñ possit de noiatiue ꝑdicari. Si dicas ꝙ ꝑdicat dfformiter sic i telligēdo ꝙ ens ꝑdicat qditatiue de oib⁹ vnū v̄o de oib⁹ denoiatiue.Cōtra ꝑmū instat ⁊ arguit.ꝙ ens nō ꝑdicat qditatiue d̄ vltimis drñijs.qd ꝓbat dupl'r.ꝑ sic.Sit due drñe.a.⁊.b.tūc vl'.a.⁊.b.icludūt ip3 ens qditatiue.vl' nō.si nō habet ꝓpositū q2 ens nō predi cat de eis in qd.Si v̄o icludūt ipm ens.cum nō sint oino idēiter se hñt q̄ ꝯueniūt.⁊ q̄ differūt.ḡ.a.⁊.b.nō erūt ꝑ diuersa nec vltime drñe.s3 drñtes.ḡ differunt alijs drñijs.sint ille alie.c.⁊.d.tūc arguit de istis.sic de ꝑorib⁹ q2 vl' icludūt ens qditatiue.vel nō.⁊ sic ꝓcedē do.vl' erit ire in ifinitū i drñijs.vl' stabit ad aliq̄s oino nō icludētes ens qditatie.ꝙ ē ꝓpositū.q2 sole ille erūt vltie. ¶ ꝑ scd̄o ꝓbat idē a sili.sic ē i ꝯpōne reali:ita ē i ꝯpōne ꝯceptuū.q2 sic ens.ꝯpōit ex actu ⁊ po^a i re: ita ꝯcept⁹ ꝯposit⁹ ꝑ se vn⁹ ꝯpōit ⁊ ꝯceptu potētiali.⁊ actuali.seu determinabili ⁊ determinātē.Sic ḡ reso lutio entis ꝯpositi stat vltio ad simpl'r simplicia.s.ad actū vltiu3 ⁊ potētiā vltia3 q̄ sit ꝑ diuersa.ita ꝙ nihil vni⁹ icludit aliqd alteri⁹ aliogn nec h̄ eēt ꝑ act⁹ nec il lō eēt ꝑ po^a.nā qd icludit aliqd potētialitatis.nec est ꝑ act⁹ nec ecōuerso. Sili o3 ēt i ꝯceptib⁹ ꝙ ois ꝯce pt⁹ ꝯposit⁹ ꝑ se vn⁹ resoluit i ꝯceptū determiabilē ⁊ d̄ terminātē.ita ꝙ illa resolutio stat ad ꝯcept⁹: simpl'r simplices.s.ad ꝯceptū determiabilē tñ q nihil d̄ter minans icludit.⁊ ad ꝯceptū determinātē tñ q nihil determiabile icludit ꝯcept⁹ ille detmiabilis ē ꝯcept⁹ entis.ꝯcept⁹ aūt determinās ē cōcept⁹ vltime drñe.isti.ḡ cōcept⁹ erūt ꝑ diuersi.ita ꝙ vnus nihil icludit alte rius.⁊ sic ens non poterit ꝑdicari in qd de vltimis drñijs. ¶ Si aūt loquit Auicēna de ꝑdicatōe a p̄te: entis siue sit qditatiua siue denoiatiua forte veꝝ dic. ¶ Cōtra 3^m dcm̄ arguit sic.q̄cūq3 sūt idē real'r dicūt eādē nām.sed ens ⁊ vnū subm ⁊ passio sunt idē real'r ḡ ⁊c̄.ꝓbō miorē.illa q̄ꝝ sepatio icludit ꝯdictiōe3 sūt idē real'r.s3 ēs vl vnū sub3.⁊ passio st h̄o.q2 eoꝝ sepa tio icludit ꝯdictionē.ḡ ⁊c̄.maior p3.q2 sicut ex separa tione aliquoꝝ arguit distictio realis aliogn cōtigēt eidē siml' eē ⁊ nō eē.qd est opositū ꝑmi principij.ita ecōtrario ex ipoli separatiōe aliquoꝝ siue ꝯdictōe ꝓbat eoꝝ idētitas real' ꝓbat mior ex quarto h⁹ d̄ vno ⁊ ente.q̄ se cōsequūt i gñatiōe ⁊ corruptōe. ¶ Pro bat ēt general'r de oi passione.nā si ꝓpa passio esset separabilis a subiecto:tunc inesset sibi cōtingenter. ⁊ ꝑ ꝯñs cū scia sit de necessarijs.syll's cōcludēs pas sionē de subiecto nō esset scientificus.qd est māifeste falsum. ¶ Contra tertiū dictū arguit multipl'r.Pri mo sic.Si vnitas eēt de gñe q̄ztitatis.ergo q̄ztitas erit posterior oib⁹ alijs ꝑdicamētis.ꝯñs est falsum.tum q2 quātitas ponit prior oib⁹ ꝑdicamētis accñtalib⁹ tū q2 imediatius inest sub̄e q̄z aliqd aliud ꝑdicamē tū.ꝯña ꝓbat.q2 quicqd est pri⁹ priori:ē pri⁹ posterio ri.sed cū vnū sit passio oiu3 ꝑdicamētoꝝ.⁊ passio sit nāl'r posterior quocūq3 subiecto.sequit ꝙ oia alia st priora ipso vno.vnū autem ponit pri⁹ ipsa q̄ztitate. cū sit pricipiū in gñe q̄ztitatis.q̄re sequit ꝙ alia ꝑdi camēta sunt priora q̄ztitate. ¶ ꝑ.sb̄a por est oi acci dente.ex septimo h⁹.sed prius in suo priori ē cogno scibile sine posteriori.ḡ sub̄a in suo priori ē intelligi bilis sine q̄ztitate.⁊ itelligit vt vna.q2 idiuisa a se.⁊ di uisa a quocūq3 alio.talis ḡ vnitas est sine quātitate. tex.cō.3.

tex.cō.4.

¶ ꝑ.nullū transcendens est determinati generis.s3 vnū est trāscēdens.q2 cōuertit cū trāscendente.s.cu3 ente.ergo vnū non erit alicuius determinati generis ¶ Preterea nihil vnius ꝑdicamenti est passio alte rius ex illud ꝑdicamentū.sed vnitas ē passio ois en tis.ḡ non est alicuius determinati ꝑdicamēti. maior p3.q2 passio est eadē real'r cū subiecto.ꝑdicamēta au tem sunt real'r distincta ⁊ impermixta.ergo ⁊c̄.

Quātū ad tertium principale sic ꝓcedā.ꝑmo ꝑmittā aliquas distinctiones. scd̄o oñdā aliquas cōcl'ones. ¶ De primo sit hec pri ma distinctio.ꝙ vnū dupl'r d̄r.qdā est.n. vnū qd ē pricipiū numeri.⁊ qdā qd ꝯuertit cū ente.primu3 vnū est in gñe q̄ztitatis.scd̄3 vnū est trāscēdēs ⁊ pas sio entis.Et q2 qdlibet vnū est pricipiū alicuius nūe ri:ideo sit ista scd̄a distinctio.ꝙ numerus est duplex. vnus de genere q̄ztitatis.alius trāscēdens.ꝑm⁹ nūe rus causat ex diuisione cōtinui.scd̄s nūerus cāur ex diuisione seu distictiōe eētiaꝝ.pricipiū primi nūeri est vnū de genere q̄ztitatis.pricipiū secūdi est trāscē dens.qd cōuertit cu3 ente.⁊ ideo prim⁹ numerus est q̄ztitatū.scd̄s est qditatū. ¶ Tertia distinctio sit ista. ꝙ vnū qd cōuertit cu3 ente ꝑt accipi dupl'r.vno mō cōiter large ⁊ simpl'r.⁊ sic ē.passio vnica entis ꝯuerti bilis cū ente simpl'r.Alio mō ꝑt accipi stricte.detmia te ⁊ s̄m qd.⁊ h̄ mō opponit multitudini.⁊ est passio entis nō vnica.sed disiūcta.⁊ ē passio ꝯuertibilis cū ente nō simpl'r.sed cū disiūctione. ¶ De scd̄o sit ista pria ꝯcl'o.ens ⁊ vnū nō dicūt eādē nā3 ꝯuertibiliter. si vnū accipiatur ꝓprie.stricte ⁊ s̄m qd.si āt accipiat vnū cōiter ⁊ simpl'r.sic vnū ⁊ ens dicūt eādē nām cō uertibil'r.Prima ps cōcl'onis ꝓbatur sic.q2 si ens ⁊ vnū sic acceptū dicerēt eandē nām cōuertibiliter.de q̄cunq3 ꝑdicaret vnū ⁊ alteꝝ.sed ens ꝑdicat de mul titudine.ḡ ⁊ vnum.qd est falsum de vno sic accepto. Scd̄a ps ꝯclusiōis sic p3.q2 de quocūq3 ꝑdicat ens. d̄ illo ꝑdicat vnū large ⁊ cōiter sumptū.⁊ h̄ mō mul titudo ē vnū sic ens. ¶ Scd̄a ꝯcl'o sit ista ens.⁊ vnu3 nō dicūt eādē nām qditatiue ⁊ formal'r.Hanc oñdo sic.tū primo.q2 eēt nugatio dicēdo ens vnū.sic quā do dicimus homo aial.vel ecōtra.tum scd̄o:q2 ꝑdi carent de se in abstracto.⁊ sic ista eēt vera.entitas est vnitas.qd est falsum.consequentia patet.q2 que sunt

idem

idē quiditatiue videntᵲ de se in abstracto ꝑdicari ad inuicē. vt forte verū est dicere. humanitas est aialitas. nō curo de exēplo. exēpla enī ponimus ⁊c. ꝓ prioꝝ. tū tertio. qꝛ ens ⁊ vnū nō ꝑdicātur de seiuicē in q̄d. ḡ nec dicūt eādē naturā q̄ditatiue ⁊ formaliter. ꝯn̄a pꝫ ſꝫ an̄s ꝓbaᵲ. qꝛ cū vnū sit passio entis ꝑdicaᵲ de ente ꝑ se. i 2°. mō. ens autē de vno ꝑ se nullo mō: ſꝫ ꝑ accidens ꝑdicaᵲ. qꝛ ſꝫ phm primo posterioꝝ. ꝑdicatōes ꝑ se nō ꝯuertuntur. tum quarto. qꝛ illud quod nō cōtineᵲ i aliq̄ eoꝝ q̄ diuidūt ens sufficiēter ⁊ icludūt ipꝫ q̄ditatiue: nō includit ens q̄ditatiue: sed vnuꝫ ⁊ alie passiones entis sunt hm̄ōi: ḡ vnū ⁊ alie passiones entis n̄ icludūt ens q̄ditatiue maior pꝫ. ſꝫ mīor ꝓbaᵲ. qꝛ ens sufficiēter vr̄ diuidi tāq̄ꝫ i illa. q̄ icludūt ipꝫ q̄ditatiue in ens icreatū ⁊ i decē gn̄a. ⁊ in ꝑtes eēntiales decē generꝫ. sed vnū ⁊ passiones entis nō ē aliq̄d decē generꝫ. vt patet. nec etiā ens ex se icreatū. qꝛ ꝯuenit enti, hꝰ creatis. nec ē sp̄es i aliquo gn̄e. vel ꝑncipiū eēntiale alicꝰ gn̄is. qꝛ oē tale icludit limitationē. nullū autē trāscēdēs de se ē limitatū. aliogn repugnaret enti infinito. nec posset d̄ ipo dici formalr̄. qd̄ ē falsuꝫ: qꝛ oīa trāscēdētia dicūt ꝑfectionē simplr̄. ⁊ ꝯueniūt deo in summo. tū q̄nto. qꝛ si vnū icludit ens q̄ditatiue vl̄ icludit ipꝫ ꝑcise. vl̄ addit aliq̄d aliō. nō ꝓ mō. qꝛ tūc illō ens eēt passio suijpsiꝰ. si 2°. mō illō aliō qd̄ addit sit. a. ḡ. a. icludit ens. vl̄ nō. si icludit. ḡ vnū includit ens bis. ⁊ sic eēt ꝓcessus i infinitū. vl̄ vbicūq̄ꝫ steᵲ illō erit vltimū qd̄ erit de rōne vnīꝰ. si nō icludit ens. voceᵲ. a tūc sic. vnū rōne entis nō est passio. qꝛ idē nō ē passio sui. ḡ illō aliō iclusuꝫ qd̄ ē. a. ē passio entis ꝓ. ⁊ est tale qd̄ nō icludit ens q̄ditatiue. pꝫ ḡ ex ꝑdictꝫ ꝙ ens. ⁊ vnū nō sign̄ant eādē nāꝫ formalr̄ ⁊ q̄ditatiue. silr̄ estꝫ de aliꝭ passiōibꝰ entꝭ. ¶ 3ᵃ ꝯclō sit ista. ens ⁊ vnū dn̄t eādē nāꝫ realr̄. lꝫ distiguanᵲ formalr̄. vt on̄suꝫ ē i ꝑcedēti ꝯclone ista. ꝯclo pꝫ ꝑ phm i ista. tū qꝛ nō sepanᵲ q̄ꝫ tū ad gn̄ationē ⁊ corruptionē. tū qꝛ sunt idē realr̄ in tertio de q̄ ꝑdicanᵲ ꝑ se. nō ꝑ accn̄s. ḡ iter se sunt idē realr̄. ¶ 4ᵃ ꝯclo sit ista. vnū qd̄ ē passio entis dic formalr̄ aliq̄d positiuū. ¶ Ad cꝰ euidētiā sciēdū ꝙ q̄dā doctor tenet oppositū: dicens. ꝙ vnū vt distictū formaliter ab ente: nō dicit formalr̄ aliq̄d positiuū. sed dic formalr̄ duplicē negationē. ꝑma negatio ē suijpsiꝰ seu a seipo idiuisio. ⁊ hec negatio fundaᵲ sup̄ idētitatem eiusdē a se: q̄. s. ipm̄ ē ipm̄. Scd̄a negatio ē diuisio a q̄cūq̄ꝫ alio qd̄ nō ē ipm̄. ⁊ ħ negatio p̄t dici nō idētitas alteri. ita ꝙ prima negatio est negatio diuersitatis. ⁊ 2ᵃ identitatꝭ. ¶ Pro ista ꝯclone sua arguiᵲ ꝓ sic. illō positiuū qd̄ dicit formalr̄ ipm̄ vnū ſm̄ te vt distiguitur ab ente. vel ē vnū. vl̄ n̄ vnū. nō ē dicēdū ꝙ n̄ vnū. ḡ vnū. tūc sic. vel ē vnū positiue seipo. vel aliq̄ alio si aliq̄ alio d̄ illo q̄raᵲ. ⁊ sic i infinitū. si seipo. ḡ sua vnitas non addit aliq̄d supra seipm̄. ḡ silr̄ dicā de ente. s. ꝙ seipo positiue est vnū. ⁊ ꝑ ꝯn̄s vnū vt formalr̄ distinguiᵲ ab ente nō dic aliq̄d positiuū. ¶ Preterea. ens vt ſm̄ suā rōnē formalē distinguiᵲ ab vno. vel ē vnū. vel nō. ⁊ opꝫ dicere ꝙ ē vnū. aliogn ſm̄ suā rōnē formalē n̄ distigueret ab altero. tūc vt pꝰ. si illa vnitas dicit aliq̄d positiuū. quero de illo. ⁊ sic in infinitū. vel stādū ē in ħ ꝙ ens positiue seipo ē vnū. ḡ vnitas nō addit supra ens aliq̄d positiuū. ¶ Preterea. q̄cūq̄ꝫ in creaturꝭ formalr̄ distiguunᵲ ⁊ q̄libet ē positiuū distiguiᵲ realr̄. ḡ si vnū ⁊ enꝭ formalr̄ distiguunᵲ ⁊ q̄libet ē positiuū: distiguiᵲ ēt realr̄. sed ħ ē falsuꝫ. ḡ illud ex q̄ sequiᵲ. maior pꝫ qꝛ cū neutrū istoꝝ positiuoꝝ sit infinitū itēsiue nō icludit ꝑ idētitatē realitatē alterius. Et ꝯfirmaᵲ: qꝛ alr̄ hō nō eēt vnꝰ ſm̄ subāꝫ. vt dicit ħ ſra. ¶ Sed ꝯ hāc opionē arguiᵲ. ⁊ ꝓ ꝯ ꝯclonē i se. secūdo reduco rōnes i cōtrariū. Cōtra ꝯclonē sic nl̄la negatio ē idē realr̄ alicui ꝑ se positiuo ſꝫ vnū ꝑ te est idē realr̄ ipsi enti. ḡ vnū nō ē negatio formalr̄ maior ꝓbaᵲ. qꝛ alr̄ idē eēt realr̄ positiuū ⁊ realr̄ negatiuuꝫ. qd̄ vr̄ iplicare ꝯdictionē. Scd̄o reduco rōeꝭ ꝯ eū ꝓ sic ſꝫ te vnū. ō. ens addit duplicē negatōeꝫ. accipio eaꝫ. ⁊ tūc sic. vel illa vnitas siue duplex negatio ē vna seipa vl̄ alio. si seipa: pari rōe stādū erit i ꝓ. s. ꝙ ens sit vnū sine duplici negatōe. ⁊ sic aliq̄d eēt formalr̄ vnuꝫ sine vnitate. qd̄ vr̄ absurdū. si ē vnū aliq̄ alio. q̄rā d̄ illo ⁊ sic vl̄ ꝓcedeᵲ i infinitū vl̄ stabiᵲ i aliquo alio qd̄ ē vnū seipso sine illa duplici negtōe: qd̄ ē manifeste falsum. ¶ R. illa rō peccat ꝑ fallaciā figure dictōis. mutando quo in qd̄. Un̄ r̄ñdeo ad formā. ⁊ dico ꝙ vnū addit supra ens aliq̄d positiuū. qn̄ dr̄ illud vl̄ est vnū seipso: vel aliquo alio. dico ꝙ vnū cū sit ꝑnᵐ quo nō dꝫ dici ꝓprie vnū. qꝛ sic hr̄et rōnē qd̄ sic albedo nō ē alba. lꝫ illō sit quo aliq̄d ē albū. qn̄ ḡ dicis ꝙ eodē mō erit de ente. nō valet ille modus arguēdi. mutādo q̄ i qd̄. dicā n. ꝙ illō positiuū qd̄ dic vnū formalr̄ nō est vnū formalr̄: nec formalr̄ nō vnū. ſꝫ est illō q̄ enꝭ ē vnū. ¶ Scd̄am rōnē reduco sic. qꝛ q̄rā d̄ illo negatio sic pꝰ ⁊ ꝯcludeᵲ ꝯ te. ¶ Ad formā r̄ñdeo ꝙ ens vt distictū formalr̄ ab vno nō ē vnū formalr̄. nec nō vnū: ſꝫ abstrahit ab vtroq̄ꝫ. si tñ nō vnū accipiaᵲ positiue vel ꝯrie. nō ꝑuatiue solū vl̄ negatiue. nā vtiq̄ꝫ ens vt sic formalr̄ acceptū ē nō vnū: sic ꝯceptꝰ entis dr̄ eē finitꝰ vel īfinitꝰ formalr̄ positiue. sed est nec finituꝭ nec infinitus. ¶ Alr̄ p̄ōt dici ꝙ ens si accipiaᵲ vt distiguiᵲ ab vno ⁊ q̄raᵲ verū sit vnū vel nō vnū. p̄t dici ꝙ ly vt: vel accipiᵲ reduplicatiue. vel specificatiue. si ꝓ mō. sic ly: ens vt distiguiᵲ ab vno. nec ē vnū vel nō vnū ꝯrie vt dc̄m ē. si specificatiue. sic ens vt distiguiᵲ dr̄ eē vnū. ⁊ ē sensus ꝙ enꝭ qd̄ distiguiᵲ formalr̄ ab vno ē vere vnū: ſꝫ ex ħ nihil habes. ¶ Tertiā rōnē reduco sic ſm̄ te enꝭ ⁊ illa duplex negatio differūt formalr̄. ḡ ⁊ realr̄ qd̄ ē ꝯ te. ꝯn̄a ꝓbaᵲ ſm̄ te. qꝛ cū neutrū sit infinitū itēsiue nō icludit ꝑ identitatē realitatem alteriꝰ nec refert dicere vtrum sint ambo positiua vl̄ non. sed hoc accidit dūmodo neutrum extremoꝝ sit infinitum intensiue: qꝛ per te illa est causa ꝑcisa. qꝛ q̄cūq̄ꝫ differūt formalr̄: differūt ⁊ realr̄. ¶ Ad formā: dr̄ maior. si itelligatur realiter. i. ex natura rei nō tñ sic realr̄ distiguūᵲ sicut res ⁊ res. ⁊ tunc cōcedo argumētū. ⁊ sic eēt in ꝓposito. ¶ Alr̄ posset dici ꝙ rō nō ē ad ꝓpositū. qꝛ arguiᵲ de his q̄ sunt in creaturis. ens āt ⁊ vnū cū sint trāscēdētia abstrahūt a creato ⁊ increato. ⁊ repiunᵲ in vtroq̄ꝫ. ¶ Dimissa ḡ hac opinione: ꝓbaᵲ q̄rta ꝯclo ꝓposita. ꝑmo sic. qꝛ vnū dicit ꝑfectionē simplr̄. sed negatio nō dicit ꝑfectionē simplr̄ de se formalr̄. ḡ ipm̄ vnuꝫ nō est pura negatio. maior pꝫ. qꝛ in quolibet melius ē ipm̄ q̄ꝫ nō ipꝫ. ⁊ hec est descriptio ꝑfectōis simplr̄. quā ponit Ansel. monologion 3°. ⁊ ꝑꝑ ħ summa vnitas attribuiᵲ primo enti. cui nulla cōpetit iperfectio mīor pꝫ. qꝛ ꝑuatio hꝫ rōnē mali. vt sic. ⁊ silr̄ negatio. ¶ Preterea. nunq̄ꝫ in priuatiōibꝰ aliq̄ reducunᵲ ad ꝑmū tale. qꝛ nō est dare summū malū. sed sic oīa bona reducūtur ad summū bonū: ita oīa vna ad ꝑmuꝫ vnū. ergo vnū nō hꝫ formalr̄ rōnē priuatiōis. ¶ R. nulla priuatio suscipit magis ⁊ minus. sed vnū suscipit magis ⁊ minꝰ. qꝛ simplex ē magis vnū q̄ꝫ cōpositū. ḡ vnū nō dicit solā priuationē. ¶ Preterea negatio nō hꝫ rōnē mēsure. sed opꝫ mensurā eē aliq̄d positiuum. vnū aūt hꝫ rōnē mensure in quolibet gn̄e. ex decimo huius. ḡ ⁊c. ¶ R. ipōle est aliq̄d positiuum cōponi intrīsece ex priuatiōibꝰ. sed numerus ē aliq̄d positiuū qd̄ cōponiᵲ itrisece ex vnitatibꝰ. ḡ vnitates

nō sunt formalr̄ priuatiōes. Sed doctor q̄ est alteri⁹ opinionis r̄ndit ad istas rōnes dicēdo q̄ vnū ⁊ ꝑ ꝯñs numer⁹. duo dicit. s. aliqd positiuū qd̄ est ipsum ens vl̄ pl'es entitates. ⁊ dicit aliquid negatiuū. s. ipsaȝ vnitatē vel plures vnitates. quaꝝ quelibet dicit formaliter duplicē negationē. ita q̄ vnum licet formaliter: dicat negationē: tamē dicit fundamētū positiuū. s. ipsum ens. cui est idē realiter. ¶ Dicitur. ergo q̄ vnuȝ est perfectio formaliter. nō simpliciter. sȝ rōe fundamēti q̄ȝtū ad p̄mā rationē. ⁊ dicit q̄ pl'ra reducūt ad sūmū vnū. nō formaliter: sed rōne fundam̄ti q̄ȝtū ad scd̄aȝ rōnē. ⁊ q̄ vnū suscipit magis ⁊ minus. non formaliter: sed rōne fundamēti: q̄ȝtū ad tertiam rōnem. ⁊ q̄ vnū hȝ rōnem mēsure. non formalr̄. sȝ rōe fundamēti. q̄ȝtū ad q̄rtā rōnē. ⁊ q̄ numer⁹ q̄ȝtū ad illd̄ q̄ dicit positiuū ꝯpōit ex vnitatib⁹ rōe fūdam̄ti. i q̄ȝtū vo dicit aliqd negatiuū ꝯpōit ex vnitatib⁹ vt dicūt formaliter aliqd negatiuū q̄ȝtū ad q̄ntā rōnē. ¶ Sȝ ꝯ istaȝ r̄nsionē iȝ videat apparēs arguit. nā vnū ē v̄a passio entis vl̄ rōe fundamēti. vel rōne alicuius additi sup̄ ens. nō p̄ mō q̄z idē foret passio suimet. si scd̄o mō. vl̄ illud additū est positiuū ⁊ sic habeo ꝓpositū. vl̄ est negatiuū. ⁊ tūc ꝯ. tū q̄z nulla negatio vel priuatio est idē realr̄ cū positiuo. q̄z vt. s̄. argutū est idē esset realr̄ negatiuū ⁊ positiuū. sȝ passio q̄ est vnū est idē realr̄ cū subo qd̄ est ens. tū q̄z negatio est realr̄ ⁊ formalr̄ nihil. si ḡ vnū ē negatio sequit q̄ nihil ⁊ nō ens ē realr̄ passio entis. ⁊ sic q̄ idē ē realr̄ ens ⁊ realr̄ nō ens ⁊ nihil. q̄ vident absurda. stat ḡ ꝯcl'o q̄ vnū addit aliqd formalr̄ positiuū. s̄. ens. ¶ Ad rōnes Auicēne in oppositū. Ad p̄mā. nego ꝯñaȝ. cui⁹ falsitas pȝ ex tertia distinctiōe: ⁊ p̄ma ꝯcl'one. nā equocat de vno sumpto simplr̄ vel s̄ȝ qd. ¶ Ad scd̄aȝ nego ꝯñaȝ ad ꝓbatiōeȝ dicēdū q̄ nō repetit oīno idē bis. q̄z cū idētitate reali stat diuersitas formalis vel distictio formalis ex nā rei. q̄ tollit nugationē: ⁊ iō dicēdo ens vnū nō est nugatio. ¶ Ad tertiā. negat maior. dūmō stricter illa distictio formal' ⁊ ex nā rei: ꝓp q̄ȝ distinctiōem. passio nō p̄dicat in qd de subo. ⁊ silr̄ dico in ꝓposito. ¶ Ad q̄rtuȝ nego añs. Ad ꝓbationē dicēdū q̄ duplex est numerus. sic patet ex scd̄a diuisiōe. vnitas ergo que est p̄n^m numeri causati ex diuisione ꝯtinui: vtiq̄ȝ est de gñe q̄ȝtitatis. sȝ de tali vno nō loqmur nūc. sȝ de vno qd̄ ē p̄ncipiū numeri causati ex diuisione eēntiaꝝ. Si iferas. ḡ ois vnitas est de genere q̄ȝtitatis. est falsa ꝯñtia.

Ad argumēta p̄ncipalia. cū ifert. ḡ tm̄ vnū ē ens. ꝯcedo accipiēdo vnū ꝓportōabilr̄ cū ente. s. si cōiter. cōiter si p̄ticl'ariter. p̄ticlariter. nā cū vnū sit passio entis vniformiter accipit sic ipȝ ens. Cū dr̄. q̄ h̄ ifert ꝯ p̄menidē p̄ phycoꝝ. dicēdū q̄ parmenides posuit oia entia vnū significatū ⁊ p̄ticulare simplr̄ ⁊ s̄m rem. ꝯ quem hn̄ valet improbatio ph'i. sed ego nō pono sic. ¶ Ad 2^m dicēdū q̄ vnū diuidēs ip̄m ens est vnū sumptuȝ s̄m qd ⁊ determiate. ⁊ de h̄ arguit rō. de q̄ ꝯcessuȝ est i p̄ma ꝯcl'one q̄ nō dic̄ eādē nām ꝯuertibilē cū ente. sed h̄ nō obstāte vnū sumptū simplr̄ qd̄ ē passio entis dicit eādē nāȝ ꝯuertibilē cū ente. ¶ Ad 3^m dicēdū q̄ vnū nō est determinati generis. cū sit trāscēdens. Ad ꝓbationē dicēdū q̄ minor est falsa. q̄z iȝ idē sile ⁊ eq̄le dicant relatiōes ⁊ videant esse de gñe relatōis: tm̄ p̄nt accipi trāscēdēter. q̄ten⁹ omne ens omni enti cōparatū. vel est idē: vel diuersum. vel sile vel dissile. eq̄le vel inequale. ¶ Et sic patet ad questionem.

¶ Hoc autem omnium firmissimum est
tex.cō.8.z.9 principiorum.



Queritur Ut'ꝝ istud p̄ncipium. Impoſe est idē sil' eē ⁊ nō eē: sit firmissimū ⁊ notissimū. ¶ Et arguit q̄ nō triplici via. tū q̄z ē falsū. tū q̄z ē aliq̄d eo noti⁹. tū q̄z ꝯtigit dubitare de eo. ⁊ p̄ ꝯñs errare. q.4.

¶ Ex prima via arguit sic. q̄z aliqua opposita possunt eidē inesse. ḡ ⁊ contradictoria. ꝯñs pȝ. q̄z ꝯdictio includit in q̄libet specie oppositionis. cū sit prima ⁊ oppō. ex q̄rto h⁹. añs ꝓbat duplr̄. p̄ de ꝯrijs q̄ p̄nt eidē iesse. q̄z cuicūq̄ȝ iest gen⁹ iest aliq̄ spēs eius. sed scutū c⁹ vna medietas est alba ⁊ alia medietas ē nigra tex.cō.27. est coloratū. ḡ denoiat ab aliq̄ spē coloris. q̄ aūt rōne denoiat ab albedie: pari rōe a nigredine. ḡ simul erit albū ⁊ nigrū. q̄ sunt ꝯria. scd̄o p̄ōat idē añs de relatiue oppositis. q̄z idē est duplū ⁊ dimidiū. sequit. n. si aliqd est duplū ad h̄. ḡ est duplū. q̄z opp^m ꝯñtis non stat cū añte. silr̄ seqt. si ē dimidiū ad h̄. ḡ est dimidiū. ḡ ē duplū ⁊ dimidiū. ¶ Ex 2ª via arguit sic. ꝓpō affirmatia. ē notior negatia: q̄z notior ē affirmatio q̄ȝ opposita negatio vt dr̄ i h̄ q̄rto ifra. sȝ istd̄ p̄n^m ē ꝓpō tex.cō.16. negatia. vt pȝ. ḡ aliqd ē noti⁹ isto p̄n°. ¶ P̄. i syll'o ex oppositis ꝯcl'o dȝ eē notior p̄missis i falsitate. sȝ in p̄missis accipiunt opposita ꝯdictorie. i ꝯcl'one aūt negat idē a se. Exēplū. hō ē aial. hō nō ē aial. ḡ aial nō ē aial. ḡ aliqd i falsitate est noti⁹ q̄ȝ sit oppositū p̄mi p̄ncipij. ⁊ p̄ ꝯñs aliqd est noti⁹ in v̄itate p̄mo p̄ncipio. s. oppositū illi⁹ falsi notioris. ¶ Ex tertia via arguitur sic. ois n̄ra cognitio icipit a sensu: sed circa oēȝ cognitionem sensitiuā cōtigit errare. ḡ circa itellectiuā: sed illd̄ p̄ncipiū cogn̄scit cognitiōe itellectiua. pȝ. ergo ⁊c̄. ¶ Preterea. ꝯtigit scire i vl'i ⁊ ignorare in p̄ticulari. ex scd̄o prioꝝ. itaq̄ cōtigit opinari in p̄ticulari oppositū vl'is. sed illud p̄ticulare est ꝯdictoriū vl'is sciti. vt tex.cō.20. omneȝ mulā esse sterilem ⁊ hāc nō. ḡ ꝯtigit ꝯdictoria opinari. ¶ Contra. philosophus hic in littera. tex.cō.8.z.9

Respōsio Dicēdū ē cū ph'o q̄ h̄ primum p̄n^m ē firmissimū. ex eo q̄ ꝯueniūt sibi ꝯditiōes p̄ncipij firmissimi. tū q̄z circa ip̄m nō ꝯtigit errare nec dubitare. tū q̄z nō ē ꝯditiōale: tū q̄z nec̄e est venire i mētē hn̄ti terminos ipi⁹. Iste āt sūt tres ꝯditōes p̄ncipij firmissimi. ¶ Pria ꝯditio ꝓbat. s. qd̄ nō ꝯtigit circa ip̄m dubitare. q̄z si sic tūc posset opinari ꝯria inesse eidē. vt q̄ idē sit calidū ⁊ frigidū: sic. n. arguit ꝯmēta. ⁊ ph's i textu. ¶ Sed ꝯ istā rōnē arguit. ⁊ vr̄ q̄ peccat. nā ois rō ad ipoſe c⁹ ꝯcl'o nō ē i falsitate notior q̄ȝ p̄missa iterimēda peccat. ⁊ sic ē i cōmēto.9. ꝓposito. q̄z ꝯñs nō ē magis icōueniens q̄ȝ añs. nā si aliqs opiat ꝯdictoria eē sil'. multo magis ꝯria. ¶ R̄ndet duplr̄. p̄ q̄ ꝯñs ē magis ipoſe s̄m sensū. nā ph's tex.cō.25. dic̄ i fine h⁹ q̄rti. q̄ nulli⁹ sensus dic̄ idē sil' eē ⁊ nō eē. ¶ Alr̄ r̄ndet q̄ ph's h̄ nō arguit ꝯ negātes p̄mū p̄ncipiū. sȝ ad recipiētes ipȝ ꝓbādo q̄ sit firmissimū. noti⁹ ē āt i falsitate q̄ ꝯrie opiniōes de ꝯrijs sūt sil' i aia q̄ȝ q̄ p̄mū p̄ncipiū s̄ȝ itellectū ē noti⁹. noti⁹ ē. n. mihi s̄ȝ itell'm q̄ ꝯrie opiniones nō p̄nt sil' eē in aia mea q̄ȝ q̄ istud p̄ncipiū sit firmissimū. q̄re nō oȝ fugē ad aliqd̄ noti⁹ s̄ȝ sensuȝ. Un̄ notādū q̄ ph's ⁊ cōmētator nō ducūt ad h̄ icōueniēs qd̄ aliqs opinet ꝯrie opposita: sȝ q̄ ꝯrie opiones sint in aia eius. sic̄ opiniōes ꝯdictorioꝝ: iȝ cōmētator magis videat ire ad ipsa opposita. ¶ Scd̄a ꝯditio ꝓbat ex h̄ qd̄ oēs ꝓpōnes reducūt ad istā. q̄re nō ē ꝯditiōal'. ¶ Pȝ tertia ꝓbat ex h̄ qd̄ ē pria dignitatū. q̄re nō p̄t acq̄ri p̄ aliū. ḡ statim cogn̄scit notis terminis. sic̄ dictū ē in exponēdo l'ram.

Ad argumēta i oppositū. ¶ Ad p̄mū d̄ pria via negādo añcedens

do antecedēs.cū dicit φ aliqua opposita possunt eis
dē inesse. ¶ Ad pmā pbationē de 9rijs dicendū qd
illa 9ria nō insunt scuto simplr: sed sm qd. cū eniz dr
φ cuicūq3 inest genus τ aliqua species. dico φ verū ē
φ iest aliqua eius species vel simplr. vel secundū qd:
sic est in pposito. qz scuto inest albedo τ nigredo secū
dū aliā τ aliam partē. isto modo etiā scilicet secundū
quid inesse eidē 9dictoria nō est ipossibile. sicut dicet
inferi' in h eodē q̄rto. sic enim nō insunt secundū idez.
¶ Ad secūdā pbationē de relatiuis dicēdū p idē φ
nō est secūdū idē: nā mons dicit magn' τ puus. τ idē
duplū τ dimidiū nō ad idē sz ad diuersa. īferre. ḡ idē
eē simplr magnū τ paruū: duplū τ dimidium. ē igno
c. de q̄titate rantia elenchi. Consequentie tamen ille que sunt Ari
stoteles. in predicamentis. s. φ si aliquid est duplū ad
h. ergo duplū. τc̄. sunt bone. per hoc enim pbat phs
magnum τ paruū nō esse 9ria. qz dicuntur de eodez.
nō tn̄ simplr. sed sz qd. qz icomparatiōe ad diuersa.
¶ Ad pmū de scda via dico φ illud principiū ē re
alr τ formalr affirmatiuū. q̄uis sz vocē sit negatiuū.
sic τ ista ppō. nō ipole est hoiez currere. vn̄ vz. istam
pole ē hoiez currē. seqt ēt illō pncipiū. ipole ē idē sil
eē τ nō eē. idē vz φ ista. neē est idē nō siml' eē τ nō eē:
q̄ ē affirmatia de mō. τ tali negatiua nō ē necessariū
aliq̄z affirmatiuā eē notiorē. ¶ Ad aliō ð eadē via di
cēdū φ phs i libro poꝝ docet mltos syllos ex hipo
thesi p q̄s nō 9tigit aliqd pbare. docet. n. syllogizare
ex falsis. sm quē modum nunq̄z aliqd pbat. silr de
syllo circulari. sz quē nihil 9tigit pbare. imo eo ipo
φ ē circlaris nihil pbat. silr dicet i pposito ð syllis
ex opposit. ¶ Alr dr φ noti' ē ipole eē aliqd silr eē
τ nō eē. q̄z negatio eiusdē de se que concludit in syllo
ex oppositis: vn̄ lz forsan aliqs negaret φ idē sit ipm
tn̄ nūq̄z 9cedēt φ idē sit ipz τ nō ipz. vn̄ noti' ē i falsi
tate φ idē sit ipz τ nō ipz. q̄z φ idē n̄ sit ipz pria rnsio
ē melior. ¶ Ad aliō ð 3ª via dicēdū φ oīs deceptio
q̄ pt fieri. ex p sensū nō falsificaret pmū pncipiū. nūq̄z
n. aliqs sensus indicat φ h sensibile sit τ nō sit i eodē
istāti. vl' dato φ sensus erraret circa ipz: tn̄ p intellm
t. cō. 3. τ. 4. tāq̄z p potētiā nobiliorē corrigeret erroꝛ sēsus. ¶ Ad
vltimū dicēdū φ verū est φ 9tigit scire i vli ignorādo
in particulari. cui' cā est. qz nō ptractat minoꝛ cū ma
ioꝛi. vn̄ sz phm p posterioꝝ. maioꝛ pt sciri pri' tpe q̄z
minoꝛ vl' 9clō qn̄. s. mioꝛ nō applicat. cū maioꝛi si tn̄
applicet eodē tpe scit τ mioꝛ τ maior τ 9clō. ¶ Ad
formā cū dr φ 9tigit ignorare i pticulari τ scire i vli
dico φ verū est pp h qz nescit illud pticulare. cōtineri
sub illo vli. sz pp h nō sciūt 9dictoria n̄. n. opinoꝛ 9di
ctionem nisi opiner hāc mulā esse 9tentā sub mula. τ
h nō facit vt supponit: qd si opinarer hāc mulā cōti
neri sub mula ipole est igāre hāc mulā esse sterilem.
nā applicata maioꝛi cū minoꝛi stati scit vt dictū est.

tex. cō. 9. ¶ Natura nāq3 principium τ aliarum
dignitatum hec omnium τc̄.

q. 5. Queritur Utrū h pn̄m. ipossibile est idem simul esse. τ
nō esse simplr sit primū: τ videt φ non:
qz est resolubile in alia pncipia poꝛa. s. in
terminos pprios q sunt principia incō
plexa. vnū qdq3. n. resoluit i ea ex qb' cōponit. ¶ Cō
tra. phs h in lr̄a q dicit ipm eē primū oiuz dignitatū.
Respōdeo p pmittā q̄dā vtilia. scdo di
cā ad. qōnē. ¶ Quātū ad p
mū sit istud primū dcm̄. φ q̄dā ppōnes sūt affirma
tiue τ q̄dā negatiue. ppō affirmatiua vocat idētidi
ca. i. dicēs τ notās identitatē pdicati ad subm siue sit
idētitas accn̄talis siue eēntialis. Exēplū primi hō ē
alb'. Exēplū scdi hō ē aial. ppō negatia vocat diuer
sidica. i. dicēs vl' notās diuersitatē pdicati ad sbz. Exē
plū. hō nō ē asin'. ¶ Scdz dcm̄ sit istō. qd i ppōnib'
istis siue sint affirmatie siue negatie ē ordo i pmitate.
nā q̄dā ē p pma. τ q̄dā scdo pma. q̄dā tertio pma. τ
sic p ordinē: sz φ pl' vl' min' accedūt vl' recedūt ad p
pōnē p pmā. Exēplū i affirmatiuis: hō ē hō. ē p pria
hō ē aial rōnale ē scdo pria. hō ē aial ē tertio pria. hō
ē risibilis ē i q̄rto gradu. hō ē alb' ē i qnto gradu. τc̄.
pz. n. φ iste hn̄t ordinē pmitate. si 9sideret idētitas ex
trēoꝝ. silr ē dare ordinē i negatiuis. nā poꝛ ē ista. hō
nō ē equ'. q̄z ista hō nō est hinibilis. Tertiū dcm̄ est
φ idem in compatōe ad diuersa eē pri' τ posteri' nō ē
icōueniēs: sic pz i linea pdicamētali. nā gen' subalter
nū ē pri' respcū spēi spālissime. τ posteri' gn̄e gn̄alissi
mo. Silr i pposito ppō scdo pma ē poꝛ respcū ppō
nis q̄ ē tertio. pma. τ posterioꝛ ppōne q̄ est p prima.
Quātū ad sz dico φ istō pn̄m ipole ē τc̄. n̄
ē p'm simplr. i. p pmū. h pbo sic. qz il
lud pn̄m cui' termini nō sunt p pmi nec vltimo vltimi
nō est simplr p pmū. sz hoc principiuz est hō. ḡ τc̄. ma
ioꝛ patet. qz ista duo sunt de rōne principij simplr p
mi. qd sit p primum in essendo. τ vltimo vltimū. in
resoluendo. minoꝛ pbat τ p de termino subo qd est
idē. 9cept'. n. ille nō est p prim' cū sit resolubilis in du
os alios 9cept'. q̄ꝝ vn' est absolut' alter respectiuus.
9cept' aūt silis icludēs absolutū τ respectiuū nō est
eq̄ pri' sic 9cept' iclusi i q̄s resoluit. iste aūt 9cept' idē
ens ē hō qz li idē dic 9ceptū respectiuū. li ens dic cō
ceptū absolutū vel saltē neutrū τ idifferētē ad absolu
tū τ respectiuū. pbat ēt mioꝛ de termino pdicato q ē
eē τ nō eē. ille aūt 9cept' est aggregat' ex affirmatio τ
negatio. ḡ ē resolubilis. ḡ nō ē p primus nec vltimo
vltim'. ¶ It. nulla ppō modalis est p prima. qz est
resolubilis i aliā de iesse: sed istud pncipium impole
ē τc̄. est ppō modalis. ḡ nō est p prima. ¶ Sic ḡ q̄rat
qd est primū cōplexū simplr. τ primo primū. dico qd
istud ens est ens: istud. n. pncipiū hz terminos primo
pmos: τ vltimo vltimos. τ p 9ns q nō sunt resolubi
les in aliq̄s prioꝛes. imo oīs resolutio 9ceptuū stat
ad 9ceptū entis vt ad simplr primū iter 9cept' qdita
tionis. ¶ Ad argumētuz i oppositū dicēdū qd phs
vocat istō pncipiū pmū nō qd sit simplr primū: sz qz
est primū respcū istoꝝ. s. de quolibet affirmatio vl' ne
gatio. oē totū τc̄. τ si ab eq̄lib' τc̄. respcū istoꝝ h est p
mū. τ dr dignitas dignitatū. sicut. n. totū τ pars. eq̄le
τ inequale nō itelligunt nisi itellecto ente. ita nec hoc
pncipiū. oē totū τc̄. de quolibz τc̄. τ sic de alijs nō in
telligunt nisi itellecto hoc pncipio cuius itellect' de tex. cō. 27.
pēdet ex itell'u entis ex quo componitur.

¶ At vero nec 9tradictionis mediuz ni
hil eē cōtingit. sed necessarium. aut dice q. 6.
re. aut negare vnum de vnoquoq3.

Queritur Utrū inter 9dictoria sit dare mediū tex. cō. 7.
τ vr̄ qd sic. nā esse τ nō eē sunt cōtradi
ctoria: sz iter eē τ n̄ eē ē mediū ipa gn̄a
tio. vt dr 2° hui'. ḡ τc̄. ¶ Preterea q̄n
to magis extrēa distāt tāto sūt pla me
dia inter ipa. ergo si infinite distāt ifinita erūt media
inter ipsa. sz 9dictoria distāt in infinitū. ḡ τc̄. pbatio
minoris. qz oi finito cōtigit intelligere maius. sed nō
cōtigit itelligē maiorē distātiā q̄z q̄ ē iter cōtradicto
ria: qz q̄cūq3 daret illa caderet sb 9dictōe. ḡ τc̄. ¶ It.
inter oīa relatiua mediū ē relatio sz 9dictoria adiuis

eē referunt. nā opponunt ꝛ oppō ē q̄dā relatio: ḡ iter ꝫdictoria ē media rlatio. ℂ P̄. iter ꝫdictoria ē mediū p abnegationē vtriusqꝫ extrēi. nā scutū c⁹ medietas ē alba ꝛ medietas nigra. nec ē albū nec nō albū. ℂ P̄. si iter ꝫdictoria nō ē mediū. ḡ de q̄libet vā affirmatio vel negatio ꝯñs vꝫ falsū. nā ambe iste videntꝛ false. oīs hō est alb⁹: ꝛ oīs hō nō ē alb⁹. ḡ añs ē falsū ex q̄ seqꝛ. tex.cō.7.

Respōsio Cōtra pho hic in littera. i ista q̄ōe p̄mittā duplicē disti ctōez. ℂ Scđo dicā ad q̄ōez. ℂ Quātū ad p̄ᵐ sit ista p̄ma distictio ꝙ mediū iter aliq̄ p̄t eē duplex. s. vl' ſm formā vl' ſꝫ sbꝫ. Exēplū p̄mi i ꝫrijs mediatis. croceū n. ē q̄dā media sōra iter albū ꝛ nigrū. Exēplū scđi. i p̄uatie opposit. lapis. n. nō ē vidēs neqꝫ cec⁹. ℂ 2ᵃ di stictio sit ista ꝙ mediū p̄t ēt ꝛ alio mō accipi duplr. vt hr̄ i textu h⁹ capli'. s. positie ꝛ negatie. Exēplū p̄mi. ru bedo ē mediū iter albū ꝛ nigrū. ꝛ h̄ mediū ē eiusdem gñis cū extrēis. Exēplū scđi. mediū ſꝫ ꝙ accipiꝛ p ab negōnē vtriusqꝫ extrēi. vt ꝙ nec ē egrū nec sanū. ſm medicos. n. pōiꝛ aliq̄ sōra siue dispō q̄ ē media inter egritudinē ꝛ sanitatē q̄ dr̄ neutralitas. ℂ Tertia di stictio sit ista. ꝙ alio mō accipiꝛ mediū duplr. q: qōdā ē mediū iterpōnis. qōdā p̄suppōnis. Exēplū p̄mi clau⁹ ꝯiūgēs duos postes. ꝛ viscus seu glutē. Exēplū scđi. q̄ꝫtitas isto mō. mediat iter formā sbalē ꝛ mate riam. forma. n. sbalis reqrit ꝛ p̄supponit māꝫ quā tam ꝛ dispositā. nō ꝙ q̄ꝫtitas mediet inter formaꝫ ꝛ mām. q̄si qdā clauus ꝛ viscus: cū forma sbālis atti git imediate mām. sed solū dr̄ mediuꝫ p quāto p̄exi giꝛ ꝛ p̄supponiꝛ ad introductionē forme in mām.

Quātū ad scđm dico istā ꝯclōnē. ꝙ inter ꝫdictoria nō est mediuꝫ quocunqꝫ mō sumptū. Hoc pbo sic. qñcūqꝫ aliqd inest alicui p se eius oppositū nullo mō inesse pōt. nec p se nec per accñs. pꝫ iducēdo. sed carere medijs inest ꝫdictorijs p se. ſm illud pbi primo posterioꝝ. ꝫdictio est oppo sitio c⁹ nō est dare mediuꝫ ſm se. ḡ ꝫdictio nullo mō hꝫ mediū. ℂ Sꝫ ꝫ diffōnē illā p̄mi posterioꝝ argꝛ. q: n̄ vr̄ ꝓpria. q: cōueniꝛ ꝫrijs imediatis. q̄ non hñt mediuꝫ ſm se. saltē ſꝫ formā. ℂ Rñdeo. dicēdū ē ꝙ diffō data est multiplex. eo ꝙ negatio pōt cadere sup ly ſm se. vel p se. vt sit negatio p̄seitatis. vel pōt esse ecōuerso. vt ly p se cadat sup negationē. vt sit p̄seitas negationis. p̄ mō non accipiꝛ in illa diffinitione. sed scđo mō. ꝛ est sensus ꝙ p̄seitas affirmaꝛ ꝛ cadit sup negationē. vt sit ꝫdictio sit oppositio cuius p se nō ē mediū. ex quo sequiꝛ ꝙ nullo mō hꝫ mediū ex quo carere medio p se inest sibi. sed primo mō prout p̄sei tas negaꝛ: ꝛ est negatio p̄seitatis: sic carere medio p̄t cōuenire ꝫrijs imediatis. ꝛ ēt priuatiue oppositis. q̄ tenus carēt medio ſm formā. tñ hoc nō obstāte hñt mediū p accñs. s. ſm sbm. nā carere medio nō inest eis p se vt ly p se cadit sup ly non hēre mediū. ꝛ est p̄ seitas negōnis: ꝛ iō nō repugnat eis hr̄e mediū saltē p accñs: mō p̄expositо. ℂ Ad p̄mū in oppositū: cuꝫ dr̄ ꝙ esse ꝛ nō eē sunt ꝫdictoria. dicēdū ꝙ eē pōt du pliciter accipi. vno mō eē simplr. alio mō ſm qd. ꝛ silr nō eē pōt accipi duplr. vno mō simplr. alio mō ſm qd. mō inter eē simplr ꝛ non eē simplr hñ est me diū: esse ſm qd. vt gñatio. ꝛ dico eē simplr eē p̄fectū. ꝛ eē ſm qd eē in fieri. vel sic. eē accipiꝛ vno mō ꝓ esse gñalr. put includit eē simplr: ꝛ ſm qd. ꝛ nō esse ꝓ nō eē simplr: ꝛ isto modo sunt ꝫdictoria nec est mediuꝫ iter ipsa. scđo vero modo nō sunt ꝫdictoria. sed hñt mediū. s. ipm fieri vel eē imp̄fectū. nā iter nō ens sim pliciter. ꝛ ens in actu. ꝛ p̄fectū esse est mediū ens sine eē imp̄fectū. ꝛ hoc scđo mō loqtur pho scđo metha.

vñ dicit sic. ꝙ sicut semꝑ est mediū iter eē ꝛ nō esse. s. gñatio: ita exñtis ꝛ nō exñtis. i. entis ꝛ non entis est mediū qđ fit. ꝛ pꝫ p exēpla sua q̄ ponit ibi. s. ꝙ ex adi scēte fit sciens. ꝛ ex puero vir. isto ergo mō nō ꝫdicūt eē ꝛ nō esse. ℂ Sꝫ ꝫ. oīs p se mutatio mediat iter p se terminos. sꝫ termini generatiōis sūt ꝫdictorij. s. eē: ꝛ nō esse. ḡ iter eē ꝛ nō esse q̄ sunt ꝫdictoria vere est me diū. pbatio minoris. nā generatio est a nō sbo i sb iectū. ꝛ corruptio ecōtra. vt dr̄ qnto phycoꝝ. ibidē ēt dr̄ ꝙ gñatio ꝛ corruptio sūt ꝫdictoria. ℂ Cōfirmaꝛ q: h̄ i textu vt appꝫt paꝝ añ pho ꝓbās ꝙ nō sit me diū iter ꝫdictoria. s. iter ens ꝛ nō ens. arguit sic q: . si sic. ḡ ē aliq̄ mutatio media iter gñatōez ꝛ cōruptiōez sꝫ illa ꝯñā n̄lla eēt nisi termini gñationis ꝫdicerent. ℂ Rñdeo. ꝙ termini gñationis non sunt contradi ctorij. sed se hñt sicut habit⁹ ꝛ priuatio. ꝛ isti sunt ter mini primi non solū in gñatione. sed ēt in quacunqꝫ alia mutatione. ℂ Ad illud qđ dr̄ de qnto phycoꝝ dicendū ꝙ phs accipit p nō sbm priuationē forme p sbm habitū vel formā. ℂ Ad illud qđ addiꝛ. ꝙ ge neratio ꝛ corruptio sunt ꝫdictoria. p ꝫdictoria intelli gunꝛ priuatiue opposita. nā priuatiue opposita sunt cōtradictoria circa sbm aptū natū qđ ē sbm mu tationis. ℂ Ad cōfirmationē de q̄rto huius dicēdū ꝙ argumētū est a minori. s. ꝙ si est mediū iter ꝫdicto ria: multo magis iter q̄cūqꝫ alia opposita. ꝛ ita inꝛ p̄ uationē ꝛ formā. ꝛ ideo est mutatio aliq̄ media inter illa q̄ terminātur ad formam q̄ est gñatio ꝛ illa que terminanꝛ ad priuationem q̄ est corruptio. ℂ Sed ꝫ istā rñsionē arguiꝛ. primo. q: vr̄ cōcedere ꝓpositum. nā ſm te priuatio ꝛ forma sunt termini gñationis: sꝫ priuatio ꝛ forma sunt ꝫdictoria circa susceptibile. ēt p te. si ḡ iter p̄uationē ꝛ formā sit mediū: seqꝛ ꝙ inter ꝫdictoria sit mediū. ℂ Preterea. ꝫria imediata sunt ꝫdictoria circa sbm pari rōne sic priuatiue opposi ta. ḡ sicut iter p̄uationē ꝛ formā ē gñatio ꝛ corruptio ſm te. ita posset eē iter ꝫria imediata. ℂ Rñdeo ad primū. qđ termini gñatiōis p̄nt cōparari vel ad sbꝫ vel ad ipsam gñationē. si p̄ mō sic hñt rōnē ꝫdictio nis. nec hñt mediū isto mō. nā sbm vel nec̄io ē sub forma. vel sub priuatione. si scđo mō. sic non hñt rō nē ꝫdictionis. ꝛ iō hñt gñationē mediā. sicut dictū ē. ℂ Ad scđm dicēdū qđ de rōne ꝫdictiōis sunt duo. s. qđ alteꝝ necessario insit. ꝛ qđ alteꝝ nihil ponat. ꝫria aūt imediata circa sbm aptū natū hñt vnā ꝯditio nē. s. qđ alteꝝ nec̄io inest. sꝫ deficit scđa ꝯditio. q: vtrū qꝫ est aliqd positiuū. ꝛ illa duo reqrunꝛ ad gñationē ꝛ corruptionē. vtraqꝫ aūt ꝯditio ē in priuatiue oppo sitis. pꝫ. q: nō est sile de his ꝛ ꝫrijs imediatis. ℂ Ad scđm pⁱcipale dicēdū. qđ distātia est duplex. q̄dā est dimensiua. ꝛ illa est ꝓprie distātia q̄ est de gñe q̄ꝫtita tis ꝛ q̄dā ē distātia p̄fectiua seu p̄fectiōis. ꝛ illa ē trā sumptiue dicta. ꝛ trāsferꝛ ad alia. vt ad opposita. cū ḡ dr̄ qđ q̄ꝫto magis distāt extrema: tāto sunt plura media. dicēdū qđ illa maior ē vera de distātia dimē siua. ꝛ tūc minor ē falsa. q: ꝫdictoria nō sic distāt. ma ior aūt est falsa de distātia p̄fectiua ꝛ trāsumptiue di cta. qđ pꝫ. q: ꝫria imediata maxie distāt isto mō. ꝛ tñ nullū hñt mediū. ꝫdictoria. ḡ hñt distātiā priuatiuā. p q̄ꝫto vnū ꝫdictorioꝝ ē priuatio alterius. nō āt hñt distātiā dimēsiuā. de q̄ ꝓcedit rō. ℂ Ad illud qđ ad diꝛ in minori qđ ꝫdictoria distant in ifinitū. dicēdū qđ ibi nō reqriꝛ distātia ifinita. qđ ꝓbaꝛ. q: q̄ꝫtūcun qꝫ aliq̄ paꝝ distant: pōt eē ꝫdictio inter ipsa. q: de q̄ libet est veꝝ alteꝝ ꝫdictorioꝝ. q̄ꝫtūcūqꝫ ergo distat modicū aliqd ab vno ꝫdictorio: de eo p̄dicaꝛ aliud ꝫdictoriuꝫ. cū ergo dr̄. distātia ꝫdictionis est ifinita.

tex.cō.7. (beside "gñatio: ita exñtis…")

tex.cō.7. (beside "iectū. ꝛ corruptio ecōtra…")

glosanda ē

glosanda ẽ ꝓpõ ĩfinita.i.idetermiata. q2 q̃cũq3 minima distãtia sufficit: ⁊ maxia ẽt ĩ ĩfinitũ pt eẽ. Vñ ꝯdictio minimã distãtiã ponit: ⁊ pmittit maximã. primã dic̃ positie. scdaz ꝟo pmissiue. vñ nõ seq̃r ⁊ ibi sit ĩfinita distãtia positiua. pt tñ ibi eẽ gra mãe alic⁹. puta si alter extremũ sit ĩfinitũ positiue: vt deus. ⁊ nõ de⁹. vñ sic dictũ ẽ ꝯdictio minimã distãtiã reqrit ⁊ maximã pmittit. ita ꝙ idifferenter q̃ztũ ẽ de se saluat ĩ q̃cũq3. ℂ Ad 3ᵐ cũ dĩ. ꝙ iter oĩa relatiua ẽ mediũ relatio. dicẽdũ ꝙ ver ẽ de itẽtõib⁹. sic enim est media relatio. ⁊ ꝟm mõ oĩa opposita sunt in genere relationis. q̃ten⁹ oppositio q̃est gen⁹ eo ẽ in gñe relatõis. ⁊ sic ꝯdictoria ꝟm istã ĩtẽtionẽ hñt vtiq3 mediã relationẽ ipsam. loq̃ẽdo tñ de reb⁹ substractis intẽtioni nõ ẽ ver ꝙ referant. nec p ꝯñs ꝙ habeãt mediã relationẽ. nã hõ ⁊ nõ hõ nõ referunt adiuicẽ. ℂ Ad 4ᵐ de illo scuto dr̃ vno mõ ꝙ nõ est icõueniẽs illõ scutũ eẽ albũ. ⁊ nõ albũ: q2 ꝟ nõ est ꝟm idẽ. nam vnũ ꝯtradictoriũ iest ꝑ vna pte. ⁊ alter ꝑ altera. iõ neutr iest simplr̃. sed vtrũq3 ꝟ3 qd. ℂ Cõtra. q2 tũc mediũ ita est iter ꝯtradictoria sic ẽ iter ꝯria imediata. ℂ Rñsio. ĩ ꝯriis imediatis dat ꝟ3 mediũ cui neutr iest neq3 simplr̃. neq3 ꝟ3 qd: lapis. n. neq3 est sanus. neq3 est eger: neq3 cecus. neq3 videñs. sed inter ꝯdictoria nõ põt dari aliqd mediũ vel subm cui neutrũ isit vl̃ simplr̃. vel secũdũ qd: q2 de quocũq3 dicit alter ꝯdictorio: vel simplr̃. vel secundum qd. vt in ꝓposito de scuto. In ꝯriis ãt imediatis ⁊ ẽt ĩ ꝓuatiuis ẽ dare aliqd sub3 cui neutr iest nec simplr̃: nec ꝟ3 qd. vt p3 ĩ exẽplo ꝑdicto de lapide. ℂ Alr̃ rñdet ꝙ cũ q̃rit vtr tale scutũ sit albũ vel nõ albũ. neutrũ est dãdũ: q2 nihil denoiat ab accñte: nisi simplr̃ insit: vñ scutũ illud nõ est albũ simplr̃ neq3 est nigr simplr̃. ℂ Cõtra. si hoc scutũ nõ ẽ simplr̃ albũ. nec simplr̃ nigrũ. ⁊ sic de aliis. ergo nõ est coloratũ. ꝯñs ẽ euidenter falsũ. g̃ ⁊ añs. ꝯñtia probat: q2 qcqd denoiat a gñe: denomiat ab aliq̃ ei⁹ spẽ. ex 2⁰ thopicor. ℂ Rñsio ꝯñs nõ v3. Ad ꝓbatiõez dicẽdũ. ꝙ ad distructionẽ cuiuslʒ iferioris nõ seq̃r distructio supioris: in ꝑdicatõe denoiatiua nisi destruat qdlʒ iferi⁹: nõ solũ in se: ꝟ3 ẽt ĩ cõiunctione cũ alio oppo⁰. vt dicẽdo sic. nõ ẽ albũ. neq3 nigrũ. neq3 albũ ⁊ nigrũ simul g̃ nec coloratũ. sic exponit illa ꝯsideratio. sed in ꝓposito nõ est sic. q2 licet qdlib3 inferi⁹ destruat in se nõ tñ in ꝯiunctione ad aliõ oppositũ. tale eni scutũ ẽ albũ ⁊ nigrũ sil. ⁊ neut seorsũ. Vl̃ pt exponi alr̃ sic dnoiatũ a gñe o3 dnoiari a spẽ aliq̃. vtrũ est aliq̃ illa dnominationũ de qb⁹ est sermo ibi: sic ꝙ ẽ albũ vl̃ h3 albedinez. vel huic iest albedo ꝑmus modus nõ ẽ verus in ꝓposito. vt scutũ illud dicat albũ vel nigrũ. s3 duo alii modi sunt veri ĩ ꝓposito. nã ver ẽ dicere ꝙ illud scutum h3 albedinẽ ⁊ sibi iest albedo. silr̃ est de nigredine. ℂ Aliter dicit ꝙ hec ẽ simplr̃ ꝟa. ꝙ scutũ nõ ẽ coloratũ. q2 nullo colore. nõ. n. est album vl̃ nigrũ sic duo hñtes vineã: neuter h3 vineã. sic dĩ sexto thopicor. ℂ Ad vltimũ ꝑncipale. dr̃ ꝙ ꝯdictio nõ est in terminis icõplexis. ⁊ iõ neutrũ predicatur de quolʒ
tex.cõ.15. in talib⁹. ℂ Cõtra. q2 qnto hui⁹ dĩ ꝙ alter ꝯdictoriorũ dĩ de quolibet. s3 ꝓpõ cõplexa de nullo ꝑdicat. g̃ cõtradictio h3 accipi ꝟm termios incõplexos. ℂ ꝓ. hõ. ⁊ nõ hõ. sunt opposita nõ ꝯrie. tũ q2 alter nihil dicit positiue tũ3 q2 in suba non est ꝓprie ꝯtrarietas.
c. de suba. vt dr̃ in ꝑdicamentis. nec opposita ꝓuatiue. q2 nõ hõ dr̃ de eo qd nõ est natũ eẽ hõ. puta de lapide. ꝓuatio ãt nõ sic. nec opposita relatie. p3. g̃ relinq̃t ꝙ ꝯdictorie opponãt. ℂ Aliter ergo dicẽdũ ꝙ ꝯtradictorio sp alterũ dr̃ de vnoquoq3 in icõplexis. dũmõ termin⁹ de q̃ dĩ nõ accipiat distributiue. Rõ hui⁹ est q2 vni supposito põt iesse vnũ. ⁊ alteri alter. vñ neutra istarũ est ꝟa. oĩs hõ est alb⁹. oĩs hõ est nõ albus. ℂ Sciendũ ẽt ꝙ ꝯdictoria nõ est necesse ꝑdicari de quolibʒ cum reduplicatõe. vñ vtraq3 ista est falsa. hõ inq̃ztũ homo est albus hõ inquãtũ homo est non albus. q2 tũc de necessitate vel omnis hõ esset alb⁹ vel nullus homo esset alb⁹. ℂ Et hec de quarto methaphysice.

ℂ Accidit autem multotiens dictis causis ⁊ multas eiusdem esse causas: non ꝟ3 accidens. vt statue. ⁊c̃. tex.cõ.2.

Circa quintũ librum methaphysice. q.1.

Queritur primo. Utrum eiusdem effectus sint plures per se cause. ℂ Videtur quod non: quia si vna sufficit alia: superfluit. sed quelibet per se causa: videtur sufficere in suo genere sine alia. ergo ⁊c̃. ℂ Contra. phs hic in littera.

Respõdeo In ista questione primo ꝑmittam aliquas distinctiones. 2⁰ ostendam aliquas conclusiones. Quãtum ad primum sit ista prima distinctio. qd causarum q̃daz sunt eiusdẽ ordinis quedã sunt alteri⁹ ordinis. Ille dicunt esse eiusdẽ ordis q̃ sunt in eodẽ gñe eq̃ ꝓ. ⁊ eiusdẽ spẽi. Sed dicũt alteri⁹ ordis q̃ ĩ eodẽ gñe st eẽntialiter ordiate ꝟm pri⁹ ⁊ posteri⁹ ⁊ sunt alteri⁹ spẽi. Exẽplũ primi. duo hoies eq̃ ꝓ trahẽtes naui. exẽplũ scdi hõ ⁊ sol. ĩ gñatõe hoĩs. ℂ Scda distictio sit ista. ꝙ cãrũ eiusdẽ ordis q̃dã st totales. q̃dã ptiales. Dĩ ẽt cã total' q̃ ĩ illo gñe cãe nõ idiget ad suã cãlitatẽ aliq̃ cã eiusdẽ ordis secũ ꝯcausante. s3 sola ꝑ se sufficit. Sed dĩ cã ptialis q̃ ĩ illo gñe cãe. nõ sufficit ad cãndũ effectũ: s3 idiget alia cã eiusdẽ ordinis secũ concausante. exemplum primi. ignis generãs ignem. exemplum scdi. duo homines trahentes nauem: q̃rum alter de se nõ sufficeret ad tractionem. ℂ Tertia distinctio sit ista: ꝙ causarum quedã sunt eiusdẽ gñis. ⁊ q̃dam alteri⁹ generis. exẽplũ ꝑmi. omnes cãe efficientes: ⁊ formales. ⁊ huiusmodi. exemplum scdi. si accipiant cãe diuerse vna mãlis. altera efficiens ⁊c̃.

Quãtũ Ad 2ᵐ sit ista pria ꝯ ꝙ eiusdẽ effect⁹ pñt eẽ plẽs cãe alterius: ⁊ alterius generis. ⁊ totales. Hec patet per phm ĩ littera: q2 eo ⁊ forma statue. ⁊ factio ipsi⁹ sunt cãe statue q̃r quelibet in suo ordie ẽ cã totalis hui⁹ statue: ꝟ ẽt hr̃ expsse tex.cõ.3. tertio huius 2ᵃ qõne vbi dicit phs. ꝙ cõtigit eidem inesse oẽs modos cãr. vt dom⁹. vñ qdem mot⁹. i. cã efficiẽs est ars ⁊ edificator c⁹ ꝯo cã. i. cã finalis ẽ opatio. i. vsus. puta hãbitatio ⁊ mã. i. cã mãlis sũt terra lapis ⁊ ligna spẽs. i. foia ẽ rõ. i. ꝓportio siue ꝯpositio dom⁹. ℂ Scda ꝯ⁰ sit ista. ꝙ eiusdẽ effect⁹ pñt eẽ plẽs cãe eiusdẽ gñis ⁊ totales si sint alteri⁹ ordis. ꝟ p3 ꝑ exẽplũ: q2 de⁹ sol ⁊ hõ ꝓducũt hoĩez q̃r qdlibet ẽ cã totalis ⁊ sufficiẽs ĩ suo ordine ⁊ qdlibet est de gñe cãe efficiẽtis. ℂ Tertia ꝯclo sit ꝟ. ꝙ eiusdẽ effcũs pñt eẽ plẽs cãe eiusdẽ gñis ⁊ eiusdem ordis. si sint cãe partiales. Hoc p3 ꝑ exẽplũ. sic eni plures trahentes nauẽ sunt cã tractus nauis. Item pr̃ ⁊ mater sunt isto mõ cãe ꝑtiales. Quarta ꝯclo sit ista. ĩpoĩe est plures cãs eẽ eiusdem gñis ⁊ eiusdem ordinis ⁊ totalis eiusdẽ effect⁹. Hãc ꝓbo sic. q2 si sic. g̃ effect⁹ nõ depẽdet eẽntialr̃ ab aliq̃ hax causar. ꝯñs est falsum. g̃ ⁊ añs. probatio cõsequentie. Sint. a. ⁊ b. totales cãe ipsius. c. patet ꝙ. c.

nō depēdet ab.a.q2 pōt eē sine.a.nā sufficienter hʒ eē
p.b.qđ pōit totalr cā ei⁹.⁊ p idē pt hri ꝙ nō depēdet
eēntialr ab ipo.b.q2 hʒ eē sufficiēter p ipʒ.a. ꝙ pōit
totalr cā ei⁹.ḡ ipʒ.c.nō d̄pēdet nec ab.a.nec.ab.b.eēn
tialr.Sʒ h rō nihil vʒ ꝯ̄ scđaʒ ꝯclonē.q2 cāe alteri⁹ or
dis ⁊ totales nō supfluūt.q̄tenⁿ rōne ordis eēntialis
oēs simul reqrunt ⁊ sunt alterius rōnis . qđ nō ē in
ꝓposito.❡ Ad argumentū i oppositū pʒ ꝙ sciṗʒ sol
uit.arguit.n.de causis totalib⁹ eiusdē gn̄is ⁊ ordinis.
aliter nō ꝯcludit .❡ Ad illud in oppositū pʒ ex dict.

❡ Quapropter ⁊ natura principiū ⁊ ele mentū: ⁊ mens: ⁊ volūtas: ⁊ substātia: ⁊ qđ cuius cā: multorū.n. ⁊ cognitionis ⁊ motus principiū est bonū ⁊ malum.

tex.cō.1. (margin, beside line "qđ cuius cā")

q.2.
Queritur
Utrū finis sit pricipiū.❡ Arguit ꝙ nō.
q2 de rōe p̄ncipij ē eē primū.vt pʒ in.c.p̄
tex.cō.21. cedēti.sed de rōne finis ē eē vltimū.vt hr̄
in caplo de pfecto.ḡ finis nō ē p̄nm.q2 p̄
tex.cō.1. mū ⁊ vltimū opponūtur.❡ Cōtra.phs h in lr̄a in fi
ne capli p̄cedētis.❡ Juxta h q̄ro 2⁹.vtrū finis sit cā.
Et vr̄ ꝙ nō.q2 vel eēt cā s̄m ꝙ ens.aut s̄m ꝙ nō ens
nō scđo mō:q2 nō ens nulli⁹ ē cā. finis aūt ponit cā
enti.nec p̄ mō:q2 finis nō est cā nisi s̄m ꝙ mouet effi
cientē ad agendū.sed qn̄ finis ē nō mouet efficiēs.sed
cessat ab actiōe.q2 habitib⁹ p̄ntib⁹ cessat motus p̄ de
tex.cō.55. gn̄atiōe.❡ Cōtra phs hic in lr̄a.❡ Juxta h q̄rit 3⁹
vtrū finis sit cā efficiētis.vr̄ ꝙ nō.q2 si sic seq̄ret tria
icōueniētia.❡ Primū ꝙ idē respectu eiusdē erit cā
⁊ cātū:⁊ p ꝯn̄s pri⁹ ⁊ posteri⁹ nalr.qđ pʒ ex h q2 etiā
s̄m efficiēs ē cā finis sicut ecōuerso vt dr̄ hic i textu.
❡ Scđm icōueniēs ē.ꝙ idē eēt cā sui ⁊ pri⁹ seipo.
qđ pʒ sic.q2 qcqd ē cā cāe ē cā cāti.⁊ qcqd ē p̄us p̄ori
ē pri⁹ posteriori.si ḡ finis ē cā efficiētis.⁊ efficiēs ē cā
finis.seqr ꝙ finis ē cā finis.silr pt argui d̄ p̄ori sic pʒ.
❡ Tertiū icōueniēs ē ꝙ i demr̄atiōe eēt circul⁹ ꝙ pʒ
sic.nā demr̄atio pp qđ est p cām.ḡ cū efficiēs sit cā fi
nis poterit demr̄are finē.ḡ etiā si finis sit cā efficiētis
ḡ p finē poterit demōstrari efficiēs.⁊ sic erit circulus.
tex.cō.2. ❡ Cōtra phs hic in lr̄a.❡ Juxta h q̄rit 4⁹. vtrū fi
nis sit maxime cā.⁊ vr̄ ꝙ nō .naʒ finis ē cā extrīseca.
ḡ nō ē maxime cā.ꝯn̄a pʒ:q2 mā ⁊ forma sunt cāe in
trinsece.intrīsecū aūt vr̄ magis conferre ad eē rei q̄ʒ
extrīsecū .ergo mā ⁊ forma erunt magis cāe q̄ʒ finis.
❡ P̄ si finis eēt maxīe cā:tūc nobilissima cāta hn̄t
illā cām.ꝯn̄s est falsuʒ.q2 imobilia sunt nobilissima
tex.cō.3. cāta:⁊ tn̄ non hn̄t cāʒ finalē.vt dicit phs 3⁹.h⁹. vbi as
signat cām ex h ꝙ finis ē alicuius actiōis.actio aūt ē
in motu.sʒ imobilia nō hn̄t motū. ❡ P̄.si finis esset
maxime cā.tūc maxime certa cognitio eēt p finē.ꝯn̄s
ē falsum.nā maxīe cognoscim⁹ qđ ipm ē p formā.nā
phs vbiqʒ circūloqtur qđ p formā. ❡ Cōtra cōme
cō.p̄mo. tator caplo de pricipio ⁊ fine dicit expresse hoc.

Respōdeo
Circa istas qōnes sic proce
dā.p̄ distictiones aliq p̄mit
tent.2⁹.ad qōnes dicet.❡ Quātū ad primū sit ista p̄
tex.cō.35. ma distictio ꝙ finis est duplex.vt hr̄ 2⁹.de ala.s.finis
gr̄a cuius ⁊ finis quo.dr̄ aūt finis gr̄a cuius:ipʒ obʒ
qđ p opatione attingit vt de⁹ q attigit a beatis p ac
tū itell's ⁊ volūtatis.sed finis q dr̄ ipsa opatio q obʒ
attingit puta ipsa volitio seu itellectio.❡ Scđa di
stictio sit ista ꝙ finis gr̄a c⁹ aliqn̄ p opat onē iesse p
ducit.aliqn̄ nō sʒ p̄suponit.exēplū primi de forma nā
tex.cō.5. li q p motū vel gn̄atione ꝓducit. vn̄ qnto h⁹ . caplo
de nā dr̄ ꝙ finis gn̄atiōis ē forma.⁊ ille finis ē obm
qđ attingit actiōe siue opatione trāseūte.p quā ꝓdu
cit inee .exēplū scđi.de⁹.⁊ iste finis ē obm qđ attigit
opatione seu actiōe imanēte.puta p actū intell's ⁊ vo
lūtatis.h ēt scđo mō se hʒ obiectū sensus ad sensuʒ.
❡ Tertia distictio sit ista q ponit ab Auic.qnto me
tha.caplo qnto.ꝙ res dr̄ eē cāta dupl'r.nā res dr̄ ali
qn̄ cāta in sua cālitate.aliqn̄ in suo esse. p̄mo mō cā
finalis p̄cedit oēs alias in cālitate.q2 mouet agētē:⁊
agēs ex appetitu finis mouet ad agēdū:vt attigat fi
nē.efficiēs ēt hʒ rōnē cāti respectu finis nō q̄ʒtuʒ ad
suū eē.pʒ.sed q̄ʒtū ad cālitatē.scđo aūt mō ipse finis
est cātus.sicut forma cāri dr̄ q̄ʒtū ad suū eē patet.

Quātū
Ad s̄m dico ad oēs q̄ttuor qōnes:
⁊ teneo ptē affirmatiuaʒ q ꝓbat p̄ li.5.c.5.
auctoritatib⁹.nā Aui.vbi.s.caplo eodē circa finē.di
cit ꝙ si de vnaq̄qʒ cārū eēt scia.de cā finali eēt nobili
or.⁊ ipsa eēt sapia ⁊ nobilior alijs ptib⁹ illi⁹ scie. vn̄
s̄m eū cā finalis eēt cā cārū. Jtē cōmētator in fine ca
pituli de p̄n.dic ꝙ illud p̄nm.s.finale itēdit ad sciēdū
i hac scia.⁊ illō ē cā finalis oēs ēt cāe nō sūt pricipia tex.cō.89.
nisi pp illud. Jtē Ari.2⁹.phy.dic ꝙ sic ē p̄nm in specu
latiōib⁹ sic finis i agibilib⁹.vn̄ oēs cālitates reducū
tur ad cālitatē finis vt ad p̄mū.nā extrīseca pri⁹ cānt:
q2.n.extrīseca cānt.iō ⁊ intrīseca cānt ⁊ nō ecōuerso.
extrinsecoꝝ ēt pri⁹ cāt finis.q2.n.ille mouet efficiētēʒ
rōne amat.iō agēs agit ⁊ nō ecōuerso.❡ Si vō q̄ras
q cālitatū istaꝝ.s.māe ⁊ forme sit p̄or. dicēdū ꝙ cāli
tas forme.qđ.n.ꝓpinquis ē p̄ ē pri⁹: sʒ cālitas forme
ē h⁹ q̄ten⁹ ē ꝓpinqor efficiēti ⁊ fini.ē ḡ iste ordo ꝙ p̄
ma cālitas ex nā rei ē finis.2ª ē efficiētis.3ª ē forme.
4ª māe.❡ Arguit ēt rōe ad ꝓpositū sic.oē p se agēs
agit pp finē.ḡ finis hʒ rōnē pricipij.sic itelligēdo ꝙ tex.cō.3.
finis ē cā cāꝝ vt p̄dcm ē.nā p̄ vēit i mēte agētis sb rō
ne boni appetibil.nā ē bonū ⁊ optimū alioꝝ vt dr̄ in
lr̄a.agēs ēt motū a fine ꝓducit formā q ꝓducta cōi
cat māe ⁊ vltro seqr qđ mā sustētet formā.ex qb⁹ pʒ:
qđ i toto isto ꝓcessu finis hʒ rōnē p̄ncipij.aūs rōnis
ꝓbat sic.q2 oē agēs i c⁹ actōe pt accidē error agit pp
finē.sʒ oē agēs p se ē h⁹.ḡ oē agēs p se agit pp finē . ⁊
dico agēs p se ad remouēdū casū ⁊ fortunā cum oē
agēs p se siue agat nalr siue a ꝓposito agit pp finē.vt
ꝓbat 2⁹ physicoꝝ.ꝓbatio maioris.nā 2⁹. physicoruʒ tex.cō.49.
dr̄ illa actio frustra eē q nō ꝯseqr finē itētū.si ḡ null⁹
finis sit itēt⁹ nullū agēs agēt frustra nec erraret.ḡ oē
agēs qđ pt errare agit pp finē.tale aūt ē agēs nāle ꝙ
pōt errare ⁊ hoc ēt est veꝝ de agente per itellectum .

Sed ē
dubiū cū finis ꝓduct⁹ ab efficiente
hēat i nobili⁹ eē extra eē in re q̄ʒ exi
stēs ex̄ i itell'u tm̄.nā p̄mū ē eē reale.2m itētiōale.vr̄ ꝙ
magis sit cā p̄ mō q̄ʒ scđo mō.nā nobili⁹ est eē cāe in
quātū cā q̄ʒ cāe inq̄ʒtū cāti. ❡ Dicēdū ꝙ eē nobili⁹
pt intelligi.s.vel simpl'r vel s̄m qđ.p̄ mō eē rei facti
bilis nobili⁹ ē in mēte artificis q̄ʒ in se.sic lapis no
bili⁹ hʒ eē i mēte dei simpl'r q̄ʒ in ꝓpria nā.silr archa
in mēte artificis.nā primū eē est imāle ⁊ icorpale rō
ne eius in quo ē:sed 2m ē māle ⁊ corpale.sic pʒ.Si ve
ro loq̄mur de eē s̄m qđ.sic lapis vel archa hʒ nobili
us eē i se ⁊ in sua nā q̄ʒ in mēte cuiuscūqʒ artificis:q2
vt i se hʒ reali⁹ ⁊ veri⁹ eē lapidis vel arche q̄ʒ in mēte
dei vel artificis.Ad ꝓpositū.finis vt hʒ eē in itellu ⁊
